



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis Universa

Ad Mentem Præcipuorum Theologorum & Canonistarum, per Casus  
practicos exposita, nunc quartò ab ipso Authore revisa ... & in 4. Tomulos  
sic divisa, ut pro libitu in duas aut 4. Partes commodè compingi possit

Per XXXVI. Casus Exhibens Materiam de Conscientiâ, Legibus, Peccatis,  
Fide, Spe, Charitate, Jure & Justitiâ

**Jansen, Leonard**

**Coloniæ Agrippinæ, 1752**

**VD18 13475452-001**

Ex Tractatu De Peccatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39804**

E X  
**TRACTATU**  
 DE PECCATIS.  
 CASUS VII.

De naturâ , divisione & specificâ distinctione Peccatorum.

**G**orgias Miles multa agit ignarus vel dubius de malitia, vel advertentia, certa confitetur ut dubia vel econtrâ. 5. Non obstante quod jejunium quadragesimale sibi à confessario impositum observare voluerit, nihilominus ex contemptu & odio in Papam & Ecclesiam, carnes edit. 6. Quasvis personas alterius sexus ignotas dormientes etiam in templo opprimit. 7. Profana & sacra furatur. 8. Alios ad varia peccata inducit, susurrat, detrahit, calumniatur &c. 9. De variis articulis fidei dubitat, & ut licentius vivat, varias hareses amplectitur. 10. Per Deum & Sanctos jurat. 11. Blasphemat. 12. Circumstantias in confessione non aperit. 13. Pro Resolutione.

QUÆR. I. Quid & quotuplex sit peccatum? I.

R. 1. Peccatum est libera divinæ legis transgressio. Dicitur 1. Libera, id est, quæ fiat cum aliqua advertentia, & cognitione malitiæ, nihil enim volitum, quod non præcognitum. Neque sufficit libertas à coactione, sed requiritur libertas à necessitate; est de fide contrâ hæreticos, & prop. 3. Jansenii damnatam ab Inn. X. Alex. VII. & Clem. XI. Ad merendum vel demerendum in statu natura lapsæ, non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione. Dicitur 2. Divinæ legis, hoc est,

F 3

omnis

omnis legis in conscientia obligantis, nam omnis obligatio primò, & radicaliter est à Deo, qui vult omnia iusta præcepta, etiam humana servari.

2. 2. Peccatum dividitur imò. in originale, & personale; *Originale* est, quod contraximus in Adamo, quatenus nostræ voluntates in ejus voluntate erant inclusæ, sicut voluntas pupilli est inclusa in voluntate tutoris, ita ut, quòd agit tutor qualis, etiam censeatur agere pupillus; *personale* dicitur, quod in propriâ personâ, & voluntate committimus, & hoc secundum subdividitur in peccatum *commissionis*, quo scilicet ponitur actio prohibita v. g. furtum; & *omissionis*, quo omittitur res præcepta v. g. Missa, jejunium.

2dò Dividitur peccatum in actuale & habituale; *actuale* est ipse actus, vel omissio difformis legi: *habituale* est peccatum præteritum perseverans in negatione condonationis, & condignæ satisfactionis; vel ut alii volunt, est privatio gratiæ sanctificantis, prout connotat peccatum præteritum, quod tricus Scholasticis relinquo.

3. In mortale, & veniale: illud infert mortem animæ, eam privando gratiâ & charitate, quæ sunt vita spiritualis animæ; istud verò nec gratiâ, nec charitate privat, sed ejus tantùm fervorem minuit.

4. In peccata carnalia, & spiritualia; *carnalia* sunt, quæ in delectatione carnis perficiuntur, ut gula, luxuria: *Spiritualia*, quæ perficiuntur in delectatione interna mentis, quamvis versentur circa objectum corporeum, & materiale, ut superbia, invidia, avaritia, &c.

5. In peccata cordis, oris & operis, prout corde, ore, vel opere perficiuntur.

6. In peccata contra Deum, proximum, & nos ipsos: nam quamvis omnia peccata sint suo modo contra

contra Deum, quatenus ejus legi opponuntur, & contra nos ipsos, quatenus nobis ipsis vel maxime nocent, tamen illa peccata dicuntur proprie contra Deum, quæ opponuntur motivis illarum virtutum, quibus rectè disponimur ad Deum, v. g. fidei, spei, charitatis; ut est odium Dei, blasphemia, desperatio, infidelitas. Illa peccata sunt contra proximum, quæ adversantur virtutibus, quibus rectè disponimur ad proximum, ut homicidium, furtum. Illa dicuntur contra nos ipsos, quæ contrariantur virtutibus, quæ moderando proprias passiones nos erga nos ipsos bene disponunt, ut luxuria, gula &c.

7. In peccata infirmitatis, ignorantia, & malitia; prima ex tentatione, secunda ex errore culpabili, tertia ex malitiosa determinatione voluntatis absque tentatione, vel ignorantia proveniunt.

8. Tandem in peccata propria, & aliena, hæc à nobis ipsis, illa ab alio subjecto fiunt, sed nobis ratione consensûs, consilii, conniventia vel aliter imputantur.

QUÆR. II. Quid circa distinctionem specifi- 3.  
cam peccatorum?

1. *Sequentia.* 1. Est de Fide, quòd in confessione omnia mortalia quòdam numerum, & speciem infirmam ac circumstantias speciem mutantem exprimi debeant: nam *Trid. sess. 14. de Pœn. c. 7.* sic habet: *Si quis dixerit, in pœnitentia ad remissionem peccatorum necessarium non esse jure divino confiteri omnia, & singula peccata mortalia, & circumstantias, quæ peccati speciem mutant, anathema sit: & Ratio est, quia confessarius debet agere medicum & judicem, adeoque præscribere proportionatam pœnam, & medicinam; tam præservativam, quàm vindicativam; sed hoc non potest nisi peccata & vulnera animæ cognoscat quòdam numerum, & speciem, ut constat ex *Can. 5. ibid.* ergo.*

2. Quæstio igitur hîc est, ex quo colligere possimus, quòd peccata habeant distinctas specie malitias: pro quo notandum est, per cujuslibet rei speciem intelligi completam ejus essentiam, hinc distingui specie, est distingui in aliquo prædicato essentiali, quo una res notabiliter differt seu dissimilatur est alteri; sic homo & brutum distinguuntur specie quia distinguuntur in rationali & irrationali, quæ notabiliter differunt, & unum essentialiter convenit homini, alterum bruto; e contra Petrus & Paulus non differunt specie, quia conveniunt in essentiâ, uterque enim est animal rationale, distinguuntur tamen numero, quia non sunt unum idemque animal rationale sed faciunt numerum, & sunt duo idèoque specificari idem est quod accipere suam speciem; res intrinsecè specificatur per sua prædicata essentialia, extrinsecè per aliquod extrinsecum, essentialiter tamen connotatum seu respectum; sic visio albi & nigri intrinsecè specificantur per hoc quod sint actio vitalis, sensatio externa repræsentativa albi vel nigri; extrinsecè specificantur ab objecto, visio albi ab objecto albo, visio nigri ab objecto nigro, in hoc enim notabiliter differunt. His prænotatis: & cum D. Thoma 1.2. q.72. a.1. Illa peccata distinguuntur specie, quæ habent objecta specie morali distincta; illa autem objecta specie morali distinguuntur, quæ opponuntur diversis virtutibus, vel eidem secundùm diversas rectitudines:

4. ideo accipe hanc regulam: *Omnia ea peccata distinguuntur specie, quæ opponuntur diversis virtutibus, vel eidem virtuti diversimodè.* V.g. Specie distinguuntur furtum & ebrietas, quia furtum opponitur justitiæ, ebrietas temperantiæ. Item prodigalitas & avaritia, quia opponuntur eidem virtuti liberalitatis diversimodè, prodigalitas scilicet per excessum

avaritia per defectum, item furtum grave specie distinguitur à levi; quia opponuntur eidem iustitiæ diversimodè, unum scilicet notabiliter, unum non notabiliter; Item virtuti religionis diversimodè opponuntur percussio Clerici, & indigna susceptio Sacramenti; nam percussio Clerici opponitur religioni, quatenus præcipit reverentiam erga ministros Ecclesiæ, indigna Sacramenti susceptio ei opponitur, prout vult reverentiam haberi Sacramentis &c. Ratio datæ regulæ est, quòd malitia peccati consistat in oppositione cum recta ratione & lege æternâ, & quoties actus diversimodè opponuntur rectæ rationi, toties etiam habent diversas specie malitias; sed peccata, quæ opponuntur diversis virtutibus, vel eidem diversimodè, illa diversimodè opponuntur rectæ rationi, quia quælibet virtus rectæ rationi & legi æternæ maximè est conformis, ergo.

3. In idem recidit regula, quam dant alii: scilicet *Toties specie distinguuntur peccata, quoties opponuntur præceptis formaliter distinctis*; præcepta autem non distinguuntur formaliter ex hoc præcisè, quòd habeant diversos Legislatores; aliàs enim simplex furtum haberet quatuor distinctas specie malitias, cum opponatur legi naturali, divinæ, Ecclesiasticæ & politicæ; sed ex eo, quòd materia præcepta vel opponatur distinctis virtutibus, vel eidem diversimodè.

*Dices, si pater præcipiat filio hodie studium, cras Missam, jejunium &c. hinc materia præcepta pertinet ad distinctas virtutes, & tamen filius hæc omnia omittendo peccat tantùm contra obedientiam, & non committit peccata specie, sed tantùm numero distincta, ac satisfacit in confessione dicendo: ter Patri sui inobediens in materia gravi, nec opus erit exprimere an in materiâ intemperantiæ, vel religionis; ergo falsa est regula, quot toties sint peccata specie*

distincta, quoties materia præcepti pertinet ad distinctas specie virtutes. *Re. Dist. aff.* Hic materia præcepta secundum se spectata pertinet ad distinctas virtutes, C. prout substat intentioni præcipientis, N. nam pater per illa omnia ordinariè tantum vult exercitium obedientiæ, ideòque eorum ommissio etiam huic soli opponitur; alii verò Legislatores plerumque intendunt honestatem istius virtutis, ad quam per se pertinet actus præceptus, v. g. in jejuniis honestatem temperantiæ; in auditione Missæ cultum Dei &c. ex præmissis: pro resolutione calu-

§. Deduces sequentia. Imò. Objectum non refundit malitiam in actum nisi in quantum est cognitum, hinc si invincibiliter ignoras vel non advertas hoc, quod agis, esse prohibitum, non peccas, e contra si putas aut dubites an hoc vel illud sit peccatum, & tamen illud agas, contrahis omnem illam malitiam quam objecto inesse putabas, quamvis revera non inest, hinc si in die cinerum credebas te obligari ad audiendum sacrum, & audire neglexisti, non satisfacis in confessione dicendo: non audivi sacrum, sed dicere debes, non audivi sacrum, cum tamen putarem me esse obligatum; e contra si falsò jurasti materiam levem, putans bona fide te leviter solùm peccare, malè confiteris dicendo juravi falsò, nam hoc ipso judicabit confessarius te peccasse graviter, cum omne perjurium etiam in materiâ levi sit peccatum grave.

2. Peccata dubia confitenda sunt ut dubia, certa ut certa, hæc enim distinguuntur specie morali, hinc sciens se sexies fuisse ebrium, malè confitetur dicendo circiter sexies vel forsan sexies fui ebrius; item non sufficit dicere, inhæsi cogitationi turpi, sed exprimi debet an deliberatè vel indeliberatè, vel an de hoc sit dubius &c.

3. Miles inposito casu comedens carnes peccat contra 6. præcepta formaliter distincta. 1. contra præceptum abstinentiæ toties, quoties carnes comedit. 2. Contra præceptum jejunii, si sæpius de die se reficiat. 3. Contra votum. 4. Contra præceptum implendi pœnitentiam à confessario injunctam, 5. Contra Charitatem quia id facit ex odio. 6. Contra Religionem & reverentiam Ecclesiæ ejusque Capiti debitam, omnis enim transgressio legis etiam minimæ ex odio vel formali contemptu legislatoris aut legis, gravem & distinctam malitiam continet in confessione specialiter explicandam; ut si Religiosus ex odio vel contemptu sui Superioris solvat silentium, grave peccatum admittit contra charitatem reverentiam & obedientiam superiori debitam.

4. Opprimens in templo personam alterius sexûs peccat hoc casu. 1. Contra virtutem continentiæ. 2. Contra votum castitatis, seu contra religionem prout obligantem ad servanda Deo promissa. 3. Contra Religionem prout obligantem ad non polluendam Ecclesiam per copulam carnalem, 4. Contra justitiam violando invitam, idem est si opprimat dormientem, nisi præviè consenserit. 5. Si persona violata sit voto castitatis obligata, iterum specialiter contra religionem prout obligantem abstinere à personis Deo dicatis. 6. Si persona fuerit consanguinea, incestum committit, quia peccat contra pietatem seu reverentiam sanguini debitam. 7. Denique si persona sit conjugata, iterum contra justitiam violando alienum thorum; si cognoscat personam ignotam non curans nec inquirens an sit conjugata, voto astricta, &c. contrahit omnem malitiam quam objecto inesse verosimiliter suspicari poterat, quamvis à parte rei non  
inhe,

infit, quia in comparatione animi se horum omnium periculo exposuit, quæ omnia in confessione sunt distinctè explicanda. De peccatis carnis eorumque distinctione ex professo dicam *Cas. n. 3. & seq.*

8. 5. Auferens rem profanam è loco sacro duo specie distincta peccata admittit, unum contra iustitiam, alterum contra religionem, quia in reverentiam loci sacri id specialiter ab Ecclesia est prohibitum; qui verò è loco sacro auferit rem specialiter cultum Dei deputatam, vel consecratam, ut calicem patenam &c. præter peccatum iniustitiæ committit duo peccata contra religionem, quia non tantum est irreverens erga locum sacrum, sed etiam rem sacram seu Deo specialiter consecratam, ut in simili patet de persona religiosa in templo violatâ. *Lug. Dicast. Bonesp. de act. hum. d. 5. num. 82.*

6 Quot peccata admittat qui alios ad peccandum inducit, dicam *Cas. seq. num. 4.*

9. 7. Sufuratio quâ dissolvitur amicitia inter propinquos v. g. Patrem & filium, habet distinctam specie malitiam ab eâ quâ dissolvitur inter non propinquos, quia prior opponitur non solum charitati, sed & pietati. Similiter odium, detractio, insultatio, contumelia, percussio & similes injuriæ factæ contra parentes sunt diversæ speciei ab injuriis alteri factis, quia adversantur pietati illis debitæ; nomine parentum etiam veniunt Avus, Proavus &c. Aliud est de furto quod directè non tangit personam vel honorem Patris, ideòque non adversatur pietati nec novam malitiæ speciem habet si fiat à filio, nisi fortè parens per illud veniret in periculum paupertatis; item injuriæ quas pater infert filiis, sunt speciei distinctæ ab iis quas infert Nepotibus, item quas Conjux Conjugi, quia hi debent sibi specialiter

amorem, item injuria à Patre facta filio, specie distinguitur ab injuria à Filio facta Patri, aut à viro facta Conjugi, unde Titius qui Patri, Filio, & Conjugi fuit injuriosus, non satisfacit dicendo: tribus personis propinquis feci gravem injuriam, sed explicare debet personas singulas, quia licet omnia sint contra pietatem, tamen in singulis est diversa & specialis deformitas ratione diversi tituli conjunctionis, in quo fundantur diversæ obligationes ad singulos: si verò similis injuria fiat contra alios propinquitatis gradus, non ideo contrahitur nova species, uti nec, si fiat contra Sacerdotem aut Clericum, exceptâ percussione vel simili dehonoratione, per quam excommunicatio incurritur.

8. Qui voluntariè dubitavit, aut dissensit variis articulis fidei, non tenetur exprimere articulos, quibus dissensit, quia incredulitas respectu omnium articulorum est ejusdem speciei: opponitur enim eadem virtuti fidei eodem modo, quatenus scilicet hæc obligat ad submittendum intellectum authoritati divinæ sufficienter propositæ; quòd si tamen præter infidelitatem internam insuper aliarum sectarum ritus amplexus sit vel amplecti intenderit; tenetur hos exprimere, quia sæpè continent superstitionem, idololatriam, blasphemias &c. Quæ omnia distincta specie peccata constituunt. Qui per infidelitatem intendit liberiùs peccare, præter infidelitatem tenetur etiam hunc malum finem in confessione exprimere; idem est de eo, qui per fornicationem quærit occasionem furandi; & sexcentis aliis. Ratio est, quia finis tunc superaddit novam specie malitiam ab eâ, quam habet medium.

9. Juramenta per Deum, Sanctos, vel alias Creaturas, sunt ejusdem speciei, quia in omnibus idem Deus vocatur in testem, si enim sola creatura

voce-

vocetur in testem, non est propriè juramentum. Perjurium tamen execratorium quo quis sibi grave malum imprecatur si res jurata ita se non habeat novam importat malitiæ speciem contra charitatem propriam, & quamvis illud malum sibi seriò non velit, tamen eo affici meretur.

12. 10. Blasphemias in Deum, B. V. & Sanctos jurar. Less. Sanch. specie distinguuntur, sicut species distinguuntur cultus his debiti, puta latria, hyperdulia & dulia, contra quos peccatur per illas blasphemias. Econtra Diana, Cajet. & alii dicunt eas ejusdem speciei, sicut ejusdem speciei sunt perjuria quia unus idemque Deus sumitur in testem falsum, & blasphemias suam maliam habent à Deo in se in sanctis inhonorato: utraque sententia est probabilis, prima tamen communior. De Blasphemias hereticali certum est quod distinctam superaddat speciem sacrilegii contra Religionem, in quantum prohibet etiam externè nil irreverenter proferri contra veritatem fidei, quamvis proferens forsitan internè non discredat.

13. 11. Ex dictis patet, quòd peccatum ex suo objecto non habens nisi unicam specie malitiam, sæpè ex circumstantia finis, loci, rei, aut personæ sacræ accipiat malitias specie distinctas, v. g. furtum ex objecto habet tantum speciem injustitiæ, ex circumstantia autem finis, quo quis furatur ex intentione fornicandi, attrahit speciem incontinentiæ, ex circumstantia loci, vel rei sacræ, speciem sacrilegii, ideòque ejusmodi circumstantiæ dicuntur species mutantur; econtra quæ peccatum tantum aggravant intra eandem speciem, veluti major quantitas in furto, major intensio, duratio in affectibus &c. dicuntur aggravantes. De quibus V. cas. 97. n. 18.

## CASUS VIII.

De distinctione peccatorum  
numerica.

**H**Abenius Pastor interrogatur 1. Unde dignoscendum an una vel plures sint malitia in uno Physicè actu? 2. Quot sint malitia in actu diu continuato vel sæpè repetito. 3. Quid de eo, qui diu persistit in voluntate occidendi, fornicandi &c. 4. Quot peccata admittat, qui plures scandalizat, in peccatum inducit &c. Quid de osculis, tactibus ante vel post fornicationem, ibid. 5. Quot peccata admittat, qui simul pluribus detrahit, maledicit, vel eidem plura infligit vulnera, plures contumelias, eandem falsitatem multis confirmat perjuriis. 6. Plures in statu disgratia absolvit, plures hostias consecrat, distribuit: 7. Eidem, vel distinctis imprecatur mala specie distincta, aut de iisdem gaudet. 8. Uno actu blasphematur in diversis materiis, uno actu dubitat, vel negat plures articulos fidei; vel jurat plura falsa, &c. Pro resolut.

QUÆR. Quid circa numericam peccatorum distinctionem?

R. Cùm non tantùm species, sed & numerus peccatorum in confessione explicandus sit, ut clarum est ex *Trid. sup. cit.* & in uno Physicè actu sæpè reperiatur multiplex, in distinctis è contra sæpè unica malitia; hinc indagandum est, unde dignosci debeat numerica distinctio peccatorum; pro quo accipe sequentes duas regulas.

Prima. Tot sunt numero distincta peccata, etiam in uno eodemque Physicè actu, in quot tendit objecta prohibita numero distincta, moraliter non unita: illa autem objecta dicuntur esse numero distincta, & mo-

& moraliter non unita, quæ nec ex sua natura, nec ex usu, aut prudente hominum iudicio ordinantur ad eundem finem, seu idem peccatum completum, ut si quis eodem actu intendat tres occidere, toti familiæ detrahere, sæpius fornicari, à pluribus furari &c. Talis enim tot numero peccata admittit, quot sunt objecta seu homines cogniti, quos vult occidere; vel quot sunt personæ in familiâ invincibiliter non ignoratæ, quibus vult detrahere; quot sunt, à quibus vult furari, quot sunt fornicationes, quas vult admittere &c. Ratio est, quia hæc objecta scilicet unum homicidium, una detractio, una fornicatio, unum furtum &c. non ordinantur ad completum aliud, sed quodlibet est in sua specie completum, & per quodlibet homicidium, quodlibet furtum, vel detractioem læduntur tot distincta jura, quot sunt distincti homines, ergo etiam tot committuntur peccata. Est *communis* contra *Laym. hic c. 3. num. 2.* Ratio regulæ est, quòd malitia peccati sumatur in ordine ad objectum difforme legi æternæ, vel rectæ rationi, ergo si idem actus habeat plura objecta difformia, numero distincta, & moraliter non unita, plures habebit malitias numero distinctas, sicut habet plures specie malitias, si habeat objecta specie morali distincta.

2. *Secunda regula. Toties peccata tam in-quàm externa multiplicantur numero, quoties voluntas peccandi moraliter interrumpitur.* Prob. Nam quoties voluntas peccandi moraliter interrumpitur, toties tollitur moralis unitas inter volitiones peccaminosas, si autem tollitur moralis unitas inter volitiones, etiam tollitur unitas inter actus externos malos, quia hi malitiam suam habent à volitionibus, quibus substant, ergo si hæ non maneat moraliter unæ, nec actus externi tales manebunt. Voluntas autem

peccandi Interrumpitur duobus præcipuè modis.

1<sup>o</sup> Per retractationem & pœnitentiam; hinc si retractes voluntatem occidendi, & nihilominus mutatâ iterum mente occidas, & homicidium, & intentionem occidendi, teneris in confessione exprimere tanquam duo distincta peccata, dicendo: habui intentionem occidendi, & reassumptâ voluntate occidi.

2<sup>o</sup> Interrumpitur voluntas peccandi per voluntariam cessationem ab actu, sic turpem complacentiam voluntariè deserens, & post resumens, duo peccata committit; si verò cessatio sit involuntaria, v. g. quis intendit furari, & interim involuntariè distrahitur, vel turbatur, & paulò post in eâdem intentione pergit, unum numero peccatum admittit, nisi distractio, turbatio, vel obliuio durarent per valde notabile tempus, v. g. per tres vel plures menses; tunc enim obliuio prima censeretur moraliter interrupta. *Ex dictis*

*Deduces seqq.* 1. A longo tempore persistens in voluntate se vindicandi, furandi &c. per se loquendo non satisfacit dicendo: tanto tempore fui in hac vel illa peccaminosa intentione; sed, si recordari possit, quoties ejus voluntatem reiterârit vel interrupperit; item à quot personis se vindicare voluerit, cum quot, & quibus fornicari intenderit, aut fornicatus fuerit; an cum voto astrictis, aut consanguineis, &c. hæc omnia clarè & distinctè in confessione exprimere debet, tunc enim non tantum erunt numero, sed & specie distincta peccata, ut patet ex *cas. præc.* Si quis verò post diligens examen, omnium peccatorum in numero & specie recordari non possit, sufficit dicere quoties circiter de die, septimanâ, vel mense, hoc vel illo peccati genere

G

pcc-

R. D. Jansen Theol. Moral. Tom. I.

peccare solitus fuerit. *V. dicenda cas. 97. à n. 8.*  
 4. 2. Qui plures scandalizat, vel inducit ad peccatum, debet explicare non tantum speciem peccati, ad quod induxit, ut de scandalo non tantum directo, sed & indirecto docent *Laym. Bonasp. Ovied. Steph. t. 3. d. 3. n. 70.* quia totum alterius peccatum ipsi est saltem interpretativè voluntarium, ut dicam *cas. 19. n. 4.* Sed, & quot personas induxerit, tot enim sunt numero distincta scandala, item quales personas induxerit; persæpe enim qualitas personæ novam peccati speciem adfert, ut dum Religiosus vel Conjugatus ad peccatum carnis inducitur; item si medium habeat distinctam malitiam à fine, v. g. per ebrietatem inducis ad fornicationem; & medium, & finem explicare debes, nisi medium ex natura rei, vel usu hominum ordinetur ad illud peccatum in suo genere complendum, ut si per turpia verba, tactus, amplexus, oscula &c. induxisti ad fornicationem; sola fornicatio secuta explicanda erit, quia reliqua ex se ordinantur ad copulam; ideoque cum eâ unum completum peccatum constituunt; aliud est de osculis, & tactibus copulam consequentibus, hæc enim, cum non referantur ad priorem, sed ad novam copulam, nec eam ex natura rei, sed ex malitia operantis consequantur, tanquam distincta peccata exprimenda sunt. Etsi oppositum etiam sit probabile, eò quod ejusmodi tactus & oscula copulam plerumque sequi soleant, ideoque explicatâ copulâ videantur & hæc sufficienter expressa. *Renz. hic a. 6.* Sed quid si in tactibus, osculis &c. sistere volebat, & crescente libidine contra intentionem antecedentem sequatur copula? *¶.* Tunc esse distincta peccata, & in confessione dicendum: tot dedi aut admisi turpia oscula, tactus &c. cum animo ultra non progrediendi, ex post mutato animo commisi

for-

fornicationem : idem à potiori dicendum , si ex osculis vel tactibus, sequatur pollutio, sodomia &c. hæc enim semper distinctè explicanda sunt.

3. Qui simul , vel successivè pluribus detrahit, maledicit, plures vulnerat &c. juxta *communissimam* tot admittit numero peccata, quot personas lædit, quia quælibet persona habet jus distinctum ab alia: quòd si in eodem impetu iræ eidem personæ multa infligas vulnera aut contumelias, eum nominando furem, adulterum, homicidiam, aut eandem falsitatem multis confirmes juramentis &c. non est facile definire, an unum, vel plura peccata admiseris, & per consequens, an satisfacias dicendo : proximum graviter vulneravi, graviter fui calumniatus, falsò juravi &c. vel econtrà debeas dicere, tot infixi vulnera, tot contumelias, toties juravi falsò &c. probabilius videtur cum *Castrop. Mexg.* & aliis, ejusmodi vulnera, contumelias, perjuriam, eidem personæ ex eodem impetu iræ facta, esse tantum unum moraliter peccatum vulnerationis, contumeliæ, perjurii, quia moraliter uniuntur in eadem intentione circa idem objectum; & una vulneratio auget alteram in ratione ejusdem damni corporalis, sicut furta eidem circa idem tempus ex eadem intentione facta se mutuo augent in ratione unius damni temporalis; & contumeliæ eodem impetu repetitæ auget eandem dehonorationem; repetitio perjurii confirmat eandem falsitatem. Aliud est de tactibus turpibus, verbis, osculis, &c. ex eodem licet actu libidinis subsecutivè factis, quia se invicem non compleant, sed sunt omnino disparata, & quodlibet habet suam completam malitiam, nisi ordinentur & compleantur per copulam, tunc enim cum eâ unum peccatum constituunt, ut dixi supra.

4. Qui in statu disgratiæ plures absolvit, tot committit

mittit numero peccata, quot personas absoluit, quia tot conficit integra, & completa Sacramenta Pœnitentiæ. Est contra *Sporer*, & alios. *Si dicas*. Ergo consecrans plures hostias in statu disgratiæ tot committit peccata, quot sunt hostiæ; quia quælibet hostia constituit distinctum Sacramentum; item pluribus dispensans Eucharistiam in statu peccati mortalis, tot admittit peccata, quot sunt communicantes. *¶ N. seq. & ad 1. dico*: Quamvis plures hostiæ consecratæ in facto esse, sint plura Sacramenta; in fieri tamen prout substant uni actioni consecrativæ, moraliter non distinguuntur; *Ad 2. iterum N. seq.* Quia sicut distributio ciborum in eodem convivio censetur eadem, & non multiplex, sive uni sive pluribus fiat, sic & distributio communionis; aliud est de absolutione sacramentali, quæ se habet per modum sententiæ judicialis completis iudicium, ideoque tot sunt distincta & completa iudicia sacramentalia, quot sunt absolutiones: oppositum tamen etiam est verè probabile, quia sicut est unum moraliter convivium, quamvis plures in eo reficiantur, sic & videtur esse unum moraliter iudicium, quamvis in eodem plures rei absolvantur.

7. 5. Qui imprecatur vel desiderat eidem mala specie distincta, v.g. mortem spiritualem, & temporalem, damnum in fama, fortunâ, corpore, committit plura peccata specie distincta, intellige, si desideret animo efficaci, id est, intendat, vel proponat alteri ejusmodi mala inferre, vel desideret ab aliis inferri; nam qui tantùm ineffaciter vult, vel simpliciter sibi complacet in variis alterius malis, ordinariè tantùm committit peccatum unius speciei, quia plerumque sibi complacet in alterius malo, quatenus alteri malum est, non autem ut tale malum est, ut dicitur *cas. seq.* Si gaudeas de malo distinctorum homi-

hominum, vel uno actu odisti tres homines, tot sunt peccata quot sunt personæ, quia singulos quasi distinctim afficit tua mala voluntas.

6. Si quis uno actu blasphemet in distinctis materiis, unum tantum peccatum admittit, sicut si quis uni eodem actu in distinctis materiis detrahat, aut contumelietur, *Dian. p. 3. t. 7. R. 163.* Idem est si quis uno actu dubitet, vel neget tres articulos Fidei, quia tres veritates negatæ videntur moraliter uniri in eodem actu, qui ideo solum malus est, quia opponitur veracitati Dei revelantis: sicut qui uno actu jurat multa falsa, ideo unum peccatum tantum admittit, quia omnes istæ falsitates simul confirmantur eadem Dei auctoritate.

Dices qui uno actu dicit Deum esse injustum & mendacem, lædit (idem est de homine) distincta Dei jura, & honores valde diversos, ergo & diversa admittit peccata. *¶* 1. mō retorq. ergo qui ex cistâ Petri uno actu aufert gemmam & aurum, distincta committit peccata, quia lædit distincta jura Petri, ad gemmam scilicet & aurum, quod nemo admittit. *¶* 2. dō N. C. Nam illa jura hîc solum sunt materialiter, non verò in genere moris diversa, & sicut aurum & gemma referuntur ad easdem Petri divitias, sic Justitia & Veritas DEI, ad eundem supremum DEI honorem: Et si illa diversitas hîc attendi deberet, illi actus non numero, sed specie distinguerentur, nec sufficeret dicere in confessione; blasphemavi, vel graviter detraxi, sed deberet addi in quâ materiâ.

quod est contra  
communem,

## CASUS IX.

De morosis delectationibus, desideriis,  
aliisque pravis affectibus.

**F** Ason circa res turpes varias habuit cogitationes, & affectus. 1. Semi-vel plenè deliberatos vel dubios: 2. Inefficaces. 3. Delectationes circa modum furti, raptus, adulterii. 4.-5. Desideria circa varia objecta, delectationes morosas, & gloriationes de re illicita jam patrata. 6.-7. Desideria conditionata comedendi carnes, si non esset dies veneris, occidendi inimicum, si esset Judex, fornicandi, si non esset sacerdos. 8.-9. Delectationes carnales, & merè spirituales de rebus veneris vel sponte curiositatis, otii, & studii gratis assumpsit, vel naturaliter exurgentibus non resistit. 10. Cogitationes turpes aut morosas delectationes putat non distingui specie. 11. Uti nec desideria. Pro resolut.

- I. QUÆR I. Quid circa affectus voluntatis in genere?
- R. I. Processus practicus ad peccatum internum ordinariè fit hoc modo: primùm excitatur imaginatio rei delectabilis vel odibilis in phantasia, & inde per sympathiam potentiarum statim fit imaginatio ejusdem, seu cogitatio in intellectu; secundo sequitur motus, seu affectio voluntatis, complacentia vel displicentia, delectatio, consensus. Qui motus aliquando sunt deliberati, si scilicet fiant cum perfecta cognitione, & advertentia intellectus ad honestatem vel inhonestatem actus; aliquando omninò sunt indeliberati, eò quòd præveniant omnem advertentiam intellectus ad honestatem vel malitiam, & hi nunquam sunt peccaminosi, vocanturque motus primò primi: motus secundò primi fiunt cum obscurâ, semiplenâ, & imperfectâ advertentiâ, ac deliberatione intellectus, qualis ferè est in semi-dormientibus.

tibus, semiebriis, consternatis, vehementi passione occupatis &c. Eiusmodi motus non excedunt peccatum veniale, cum non sint perfecte liberi. Signa autem consensûs imperfecti sunt. 1. Si quis facile potuerit exequi peccatum, & tamen non fuerit executus. 2. Si reflectens se super priorem actum sentiat in se tristitiam, aversionem, horrorem, &c. se-  
cus si complaceat, inhæreat, acquiescat. 3. Si animus, & propositum firmum, sapiusque renovatum habeat nunquam peccandi mortaliter, vel non soleat eiusmodi peccata admittere, tunc enim in dubio poterit præsumere pro se, quia vix poterit voluntas consentire in objectum aliàs odio habitum, quin hoc intellectus plenè advertat.

R. II. Omnis affectus voluntatis vel est efficax, vel inefficax: efficax dicitur qui conjungitur cum voluntate, proposito, vel intentione exequendi id, quod cogitatum est: inefficax est simplex complacentia seu delectatio in objecto cogitato absque voluntate illud exequendi: hæc delectatio dicitur morosa, non quòd requirat moram temporis (uno enim momento perfici potest) sed quòd voluntas post plenam advertentiam ei immoretur, acquiescat, & consentiat. 2.

R. III. Delectatio voluntatis potest esse triplex: 3.  
1. Circa ipsam cognitionem rei, quando motivum delectandi non est res cogitata, quam animus abhorret & detestatur, sed ipsa cognitio veritatis; ita delectatur Theologus, Angelus, imò Deus ipse in exactâ cognitione peccatorum etiam turpissimorum.

2. Circa modum operis mali, ut si quis rideat casum hominis ebrii, furtum artificiosum, raptum ingeniosum alienæ sponsæ; non quòd reverâ gaudeat de casu, ebrietate, furto, vel raptu sceminæ: sed tantum de modo, vel artificio de se non malo; in ma-

seriâ tamen lubricâ id valde est periculofum, et quòd delectatio circa modum tunc facilè transeat in ipsum objectum ob nimiam naturæ vitiatæ in ejusmodi objecta propensionem; signum autem quòd quis non circa modum vel artificium turpis, v. g. cantilenæ, vel discursûs, sed circa rem ipsam delectetur, est, si idem modus, & artificium repertum in re honestâ eundem non oblectat.

3. Est delectatio circa ipsum objectum malum, ut si quis sibi compleat in furto, fornicatione, mendacio &c. hæc delectatio semper est mala, & præ qualitate objecti mortale vel veniale peccatum *D. Th. 1. 2. q. 74. a. 8.* & Ratio est, quòd actus voluntatis specificentur ab objecto, ergo si objectum delectans sit mortaliter vel venialiter malum, etiam voluntaria delectatio erit talis.

4. *2. IV.* Affectus efficax voluntatis habet omnem malitiam, quam cognoscitur habere objectum volitum, v. g. quis intendit, vel proponit furari rem sacrâ è loco sacro, admittit malitiam furri, & duplicis sacrilegii; qui seriò desiderat, concupiscit, vel intendit fornicari cum persona conjugata, confatur guinea &c. præter fornicationem contrahit malitiam adulterii, incestûs &c. Ratio est, quòd affectus efficax tendat in rem prout à parte rei est consequibilis, vel factibilis, ergo attrahit totam malitiam, quæ objecto à parte rei inesse cognoscitur: idem est, si quis gaudeat, delectetur vel gloriatur de re illicitâ jam patratâ; ideòque non sufficit in confessione dicere: gavissus vel gloriatus fui de peccato olim commissio, sed debet exprimi species peccati, de quo quis fuit gavissus vel gloriatus, dicendo v. g. gavissus vel gloriatus fui de adulterio, de incestu, de furto re sacræ. Est communis cum *Sporer in Decal. t. 1. c. 6. n. 18.* Dixi: de re illicita; nam si quis tantum gloriatur

rictur vel delectetur de modo, vel artificio peccati præteriti, tenenda sunt quæ dixi *sup. num. 3.*

Econtra affectus inefficax vel delectatio morosa non circa peccatum jam patratum, sed circa objectum delectabile prohibitum, tantum contrahit illam malitiam, à cujus delectabilitate voluntas movetur; potest autem fieri ut voluntas moveatur à delectabilitate, v.g. copulæ, vel formositatis, & non moveatur, sed potius retrahatur à circumstantia matrimonii, consanguinitatis vel voti, quamvis cognoscat hanc in objecto reperiri, ideoque malitia talis circumstantiæ tunc non contrahitur, & in confessione sufficit dicere: semel me oblectavi in fornicatione cogitatâ, non exprimendo circumstantiam consanguinitatis; secus si ipsa circumstantia simul oblectasset. *Azor l. 4. c. 6. q. 3. Vasq. d. 112. Laym. hic c. 6. n. 15. La Croix L. 6. p. 2. n. 1024.* Circumstantia personæ peccantis semper refundit suam malitiam, etiam in actus simplicis complacentiæ vel delectationis morosæ, hinc Sacerdos vel religiosus oblectans se in cogitatione turpi semper admittit sacrilegium, quia ejusmodi circumstantia cohæret personæ peccanti, & exercitè saltem cognoscitur.

QUÆR. II. Quid circa desideria conditionata rei illicitæ?

R. Jam dixi desideria absoluta & efficacia, id est, quæ sunt conjuncta cum voluntate vel proposito exequendi rem illicitam, attrahere omnem malitiam actûs exercendi: circa desideria, affectus, & velleitates conditionatas tenenda sunt sequentia.

1. Velle aliquid sub conditione auferente omnem malitiam actûs per intellectum propositi, non est peccatum saltem mortale, idque tam in prohibitis jure positivo, ut: *vellam hodie laborare, si non esse*

*dies festus; vellem comedere carnes, si non esset prohibitum: quàm in iis, quæ sunt jure naturæ prohibita, sed tamen in certo statu vel circumstantiis honestis & licita, v. g. vellem tollere alterius bovem, si Deus mihi eum donaret; vellem occidere furem, si essem iudex; vellem habere proprium, si non essem religiosus; vellem hanc cognoscere, si essem ejus maritus. Vaj. d. 110. c. 2. Laym. n. 10.* Ratio est, quia ejusmodi objecta non desiderantur absolutè, & efficaciter, sed tantùm in eo statu, in quo sunt bona & honesta. Dixi: non esse saltem mortale, quia ejusmodi affectus plerumque sunt otiosi, & venialiter mali, & inquit Cajet. fatua & diabolica tentatio ad peccandum, idque vel maximè in materiâ luxuriæ, in qua facilè intercurrit actualis delectatio circa objectum turpe conditionatè volitum, quæ in non conjugatis semper est mortale.

7. 2. Desideria conditionata, & quæcunque velleitates sub conditione non auferente malitiam, v. g. *vellem comedere carnes, si haberem, si Superior non adesset &c.* in materia gravi semper sunt mortale idem est, si velleitas sit circa objectum in nulla circumstantiâ licitum, ut: *vellem adulterari, pejerare, blasphemare, si non esset prohibitum; vellem me vindicare, si essem iudex, vel magnus Princeps.* Ratio est, tum quòd ejusmodi conditio malitiam reverà non auferat; tum quòd hoc sit optare, ut ordo & lex naturæ immutetur, quod pejus est, quàm velle fornicari, Laym. l. c. Si verò id non fiat ex affectu in re ipsam, sed tantùm animo manifestandi naturæ corruptæ propensionem, nisi lex eam coerceret, peccatum non est.

8. QUÆR. III. Quid in specie circa cogitationes & affectus venereos?

q. 1. Quamvis ex justâ causâ, v. g. animo studendi

di, docendi, pro confessione se examinandi, aut do-  
lendi, licitum sit admittere speculationes vel cogi-  
tationes de rebus turpibus, præsertim si id fiat ani-  
mo per orationem, & firmum propositum præmu-  
nito; eas tamen admittere ex solâ curiositate, vel  
otio circa objecta valde turpia multùm provocan-  
tia ad motus, vel delectationes turpes, est mortale ob-  
periculum consensûs & complacentiæ; neque da-  
tur hîc parvitas materiæ, ut dicam *cas. 11. n. 3.*

¶ II. Omnis voluntaria delectatio venerea est  
mortaliter mala, non tantùm ea, quæ fit in corpore  
cum commotione spirituum genitalium, & vocatur  
carnalis; sed etiam merè spiritualis, quæ est in solâ  
voluntate circa objectum turpe absque motu in  
corpore; est *communis* cum *S. Thom. 1. 2. q. 74 a 8.*  
& Ratio est 1. quia delectatio sumit malitiam ab ob-  
jecto, sed objectum est graviter malum, non enim  
hîc datur parvitas materiæ, ergo. 2. Quamvis in  
delectatione turpi merè spirituali per accidens non  
oriatur commotio turpis, tamen ponitur id, quod  
de se est causativum talis motûs, ergo peccatur  
mortaliter. 3. Si delectatio esset mortaliter mala  
tantùm ratione commotionis, ergo si in delectatio-  
ne circa fornicationem oriatur major commotio,  
quàm in delectatione circa Sodomiam, majus pec-  
catum erit delectari in fornicatione, quàm Sodo-  
mia, quod est absolum à recta ratione.

¶ III. Qui advertit in se exurgere cogitationem,  
delectationem, affectum, vel motum turpem, tene-  
tur ad minùs elicere simplicem displicentiam, & co-  
gitationes seu animum aliò divertere, & quamvis  
circa furtum, & similia possit se sortè quis habere  
negativè, neque complacentiam neque displicen-  
tiam eliciendo; id tamen locum non habet in ma-  
teria venerea. Ratio est: quòd voluntas naturali  
incli-

inclinacione vehementissimè propendeat in actibus  
venereis; ergo circa eos sibi propositos non pote-  
diu manere suspensa, & si non statim eliciat simpli-  
cem saltem displicentiam, vel animum ad alia di-  
vertat, erit periculum prolabendi in complacen-  
tiam, quale periculum non semper est in aliis ma-  
riis: nec sufficit, ut plures volunt, ejusmodi mori  
contemnere, & in animi constantia confidere; nam  
non apparet, quomodo ejusmodi contemptus, vel  
animi confidentia removeat omne consentientis  
periculum, nisi eliciatur aliqua saltem displicentia  
& animus aliò convertatur; & talem animi con-  
versionem ad alia præsertim grata, sed honesta ob-  
jecta esse tutissimum remedium contra tentationem  
luxuriæ, docent omnes Ascetæ, & ipsa experientia.  
Plerumque tamen non est obligatio ad remedia extra-  
ordinaria, disciplinas, cilicia, jejunia &c. quia ten-  
tationes plerumque vinci possunt per alia media  
scilicet per dictam animi aversionem, per oratio-  
nem, per repetita sæpè proposita, occasionum fugam  
&c. Dixi *plerumque*, quia si periculum formidabile  
lis consensûs aliter tolli non posset, quævis media  
etiam durissima adhibenda forent, quia talis con-  
sensus est intrinsecè malus, ideòque ad eum præce-  
vendum omnia possibilis media erunt adhibenda.  
De actibus externis luxuriæ dicam *cas. 11. n. 3.*

10. R. IV. Delectationes morosæ turpes tunc speciatim  
distinguuntur, quando habent objecta in genere  
moris notabiliter distincta; hinc si semel delectatus  
es pollutione, semel fornicatione, semel Sodomitiis,  
semel tactu turpi, semel aspectu, distinctas species  
malitias contraxisti, quia hi actus habent objecta  
delectabilitates diversas, ideo non satisfacis dicen-  
do: ter delectavi me in objecto turpi, sed addere  
debes species infimas, dicendo semel morosè delectatus

Stavi me in tactu turpi, semel in aspectu, in imaginata pollutione, fornicatione, Sodomia &c. imò adde- dere debes an delectatio fuerit circa tactum, aspectum &c. cum simili sexu, an cum diverso, quia hi actus specie distinguuntur, cum sint ejusdem naturæ cum actibus perfectis sive consummatis ad quos referuntur. Non tamen opus est exprimere commotionem genitalium, si quæ secuta est, cum enim illa connaturaliter semper comitetur delectationem internam; satis intelligitur expressâ delectatione internâ; e contra si sequatur tactus, pollutio, vel periculum pollutionis, hæc exprimi debent; quia cum hæc possint non sequi, non intelliguntur explicato solo actu interno.

¶ V. Desideria turpiter aspiciendi, tangendi, fornicandi distinguuntur specie non tantum à morosâ delectatione de illis objectis, sed etiam singula ab invicem, quia tendunt in ista objecta prout à parte rei ponenda; sed si à parte rei ponerentur, distinguerentur specie, uti patet, ergo. Hinc non sufficit dicere in confessione: ter desideravi aliquid turpe, sed dicere debet: semel desideravi aspicere, semel tangere, semel fornicari: item si semel se oblectavit in fornicatione, & semel desideravit, malè fatetur, si dicat, se bis habuisse cogitationem turpem, sed dicere debet: semel oblectatus sum in fornicatione, & semel desideravi.

Ex his patet nunquam ritè fieri Confessionem, si dicatur: me oblectavi cogitationibus obscænis, habui cogitationes turpes vel venereas &c. quod tamen obvium est, tam inter doctos quàm indoctos; præterquam enim quòd addi debeat, an fuerint desideria, an solum cogitationes morosæ, seu affectus inefficaces; etiam semper exprimi debent objecta, circa quæ illæ cogitationes versabantur, à qui-

qui.

quibus & delectabilitatem trahebant ; si enim  
 objecta sint in se, & suâ malitiâ, specie morali disti-  
 cta, etiam cogitationes (sive efficaces, sive ineffi-  
 ces) circa ea versantes sunt specie distincta pecca-  
 tûm omnem malitiam suam sumant ab objectis ;  
 sicut quis malè confiteretur dicendo : feci opus  
 turpia ; sic pariter dicendo : habui cogitationes tur-  
 pes. An verò omnes circumstantiæ objecti, scilicet  
 personæ cogitatæ consanguinitas, votum, &c. &c.  
 primi debeant dixi supra n. 5. & tales circumstantiæ  
 propriè & directè à voluntate non attinguntur, sed  
 que omnes specialem habent malitiam, à quâ volun-  
 tatis semper moveatur, qualem tamen habent  
 objecta directa, v.g. tactus, aspectus, fornicatio, in-  
 domia, bestialitas &c. ideòque hæc, non verò illæ  
 semper exprimentæ sunt. *Resolutio casus patet  
 dictis.*

## CASUS X.

De peccato mortali & veniali.

**K**Rantius dubirat. 1. *Quid sit mortale, veniale*  
 2. *Qualiter mortale possit fieri veniale.* 3. *Quid  
 de veniali, & parato vitare sola mortalia.* 4.-5. *Quid  
 liter veniale per accidens fiat mortale ; & quid  
 contemnite rem præceptam velut levem, imprudenter  
 impositam.* 6. *Quid de contemptu formali?* 7. *An  
 mortali præcipi possit res levis?* 8. *Quid de religione  
 qui suo exemplo alios pertrahit ad fractionem discipli-  
 nae.* Pro resolut.

1. **QUÆR. I.** Quid circa peccatum mortale ?

**R.** *Sequentia.* 1. Certum est omnia peccata non  
 esse æqualia ; dicitur enim Joannis. 19. *Qui me  
 didit tibi, majus peccatum habet ; pariter fide certum  
 est dari peccata mortalia, nam homo per malitiam  
 occidit animam suam.* Sap. 26. *Stipendium peccati  
 mors.* Rom. 6. 2. *Mor*

2. Mortale peccatum est, quod ob suū deformitatem solvit cum Deo amicitiam, mereturque pœnam æternam: vocatur mortale, quia adfert animæ mortem spiritualem, tollendo scilicet gratiam sanctificantem, quæ est radix vitæ supernaturalis. Veniale non tollit amicitiam cum Deo, sed tantum imminuit fervorem charitatis, mereturque solum pœnam temporalem.

3. Utrumque potest esse tale vel ex genere suo, vel per accidens; *mortale ex genere suo* dicitur, quod manens intra limites sui objecti, non transeundo ad aliam specie malitiam, potest esse mortale; v. g. furtum in ratione furti potest esse mortale, quamvis ratione loci, vel rei sacræ non assumat speciem sacrilegii, vel ratione violentiæ, speciem rapinæ: *Veniale ex genere suo* est, quod intra suam speciem non potest fieri mortale, sic mendacium semper est veniale, nisi ratione damni proximo illati, vel ratione appositi juramenti, vel alterius circumstantiæ transeat ad aliam speciem: idem dicendum est de vanâ cogitatione, verbo otioso, excessu in cibo, potu, usu conjugii, irâ, timore, tristitiâ, appetitu pecuniæ, honoris, laudis, quæ omnia ex genere suo sunt tantum venialia.

4. Mortale ex genere suo, potest fieri veniale per accidens tribus modis: 1. Ex conscientia erronea, quâ quis invincibiliter judicat esse veniale, quod de se est mortale. 2. Ex imperfectione actûs, si scilicet intellectus non perfectè advertat gravem malitiam, vel voluntas perfectè non consentiat. Signa imperfecti consensûs dedi *cas. prac. n. 1.* 3. Si materia secundum se & circumstantias considerata sit, & maneat simpliciter quid leve, dixi si secundum se & omnes circumstantias maneat quid leve, nam fieri potest ut materia secundum se levis, ex circumstantiis &

tiis & sine à Superiore intento, ad quem notabiliter  
 conducit, fiat quid grave: sic intrare in alterius cu-  
 biculum, scribere occultè literas, acceptare, vel do-  
 nare aliquid leve sine consensu Superiorum, fran-  
 gere silentium, citra necessitatem bibere in domi-  
 bus secularium, vel extra horam prandii; in se sunt  
 quid leve, si tamen hic & nunc multùm conducant  
 ad destructionem disciplinæ religioſæ, ad cauſand  
 pericula, & scandala, sunt materia gravis & per con-  
 sequens Superior ea sub mortali, aut etiam sub gra-  
 pœnâ, v.g. excommunicationis, suspensionis, &  
 etiam sub formali obedientia prohibere potest  
*March. Tamb. lib. 1. in decal. c. 1. §. 3. à num. 11*  
 Nec obstat, quòd in particulari casu respectu hujus  
 personæ non sit proximum, vel ullum omnino pe-  
 riculum peccati, vel scandali; nam lex non attendit  
 periculum hujus vel illius in particulari, sed pericu-  
 lum communitatis.

3. QUÆR. II. Quid circa peccatum veniale?

1. Dari peccata venialia, & amicitiam cum  
 Deo non solventia, certum est, tum ex Trid. *Sess. 14.*  
*cap. 5.* ubi dicit venialia hominem à gratiâ Dei non  
 excludere, & utiliter, non verò ex præcepto in con-  
 fessione exprimi. Tum ex damnatione propositionis  
 Bajana: *nullum est peccatum ex naturâ suâ veniale,*  
*sed omne peccatum meretur pœnam æternam:* item  
 ex S. Scriptura *Prov. 24. Septies cadet justus;* & *Jac.*  
*3. In multis offendimus omnes.*

2. Quamvis venialia utcumque multiplicata non  
 adæquent vel unum mortale, ut habet communiter  
 cum *D. Thom. 1. 2. q. 88. a. 4.* eò quòd mortale sit  
 altioris ordinis, tamen venialia multùm disponunt  
 ad mortalia certum est: juxta illud *Eccl. 19. Quis  
 spernit modica, paulatim decidet.* Minuunt enim fer-  
 vorem charitatis, & abundantiam auxiliorum suorum

pernit

pernaturalium ad superandas tentationes, & difficultates occurrentes in observantia mandatorum, ac voluntatem proclivem reddunt ad peccata etiam graviora, vel maximè tunc, si mortale, & veniale versentur circa idem objectum, nam experientia constat eos, qui assuescunt parvis factis, paulatim prouere in majora. Hinc *Sanch. Laym. hic c. 5.* docent eum peccare mortaliter, qui paratus est vitare sola mortalia, & admittere quævis venialia hinc & nunc occurrentia, è quòd exponat se periculo peccandi mortaliter: id tamen non universaliter, sed tunc tantùm verum esse arbitror, quando venialia sunt proxima, vel probabilis dispositio ad mortale, ut si quis ex proposito admittat qualvis confabulationes turpes, conversationes, tactus, aspectus etiam tantùm venialiter malos, aut si religiosus nollet facere nisi ea, quæ à Superiore, vel Regula sub mortali præcipiuntur, *Sanch. lib. 6. mor. c. 4. n. 20. Spor. c. 5. n. 43* quia tunc est periculum peccati gravis, scandalosi aut damni in disciplina. *V. cas. 64. n. 3. & seq.*

3. Peccatum veniale ex genere suo quinque præcipuè modis potest per accidens fieri mortale. 1. Ratione finis vel effectus mortaliter mali, ut si quis per ornatum superfluum intendat allicere ad adulterium; aut ex levi furto prævideat orituras gravissimas suspiciones, odia, rixas &c. 2. Si quis in peccato veniali ponat finem suum ultimum, quod tum sit, quando quis mavult Deum offendere graviter, v. g. die festo negligere Sacrum, quàm ab otioso colloquio, vel lusu venialiter malo desistere. 3. Ratione scandalosi, si per peccatum veniale quis exponat proximum probabili periculo peccati mortalis. 4. Ratione proprii periculi; ut si quis per verba turpia, vel familiarem conversationem se exponat periculo

H

dele-

R. D. Jansen Theol. Moral. Tom. 1.

delectationis veneræ. §. Ratione contemptus formalis, qui tunc est, quando quis ideo venialiter peccat, ut significet, se nihili facere auctoritatem præcipientis; vel ideo facit, aut omittit aliquid, quia id præceptum aut prohibitum est, aut quia ex affectu indignationis, aut superbiæ se non vult subicere Superiori, vel ejus legi; hic contemptus est actus specialis inobedienciæ, sicut enim qui ideo aliquid facit, quia præceptum est, exercet specialem obedientiam, sic ille, qui ideo non facit, quia præceptum est, admittit factum specialis inobedienciæ, quæ non tantum in Legislatorem humanum, sed & in ipsum Deum est gravissima injuria. *Communis cum S. Thom. Non est enim potestas nisi à Deo, itaque qui resistit (resistit autem vel maximè contemnens) Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Rom. 13. Ex præmissis*

- §. *Deduces seqq.* 1. Qui agnoscit auctoritatem Superioris, sed tantum parvi pendit, vel negligit ipsam materiam sub veniali præceptam tanquam inutilem, vanam, levem, imprudenter impositam, non habet contemptum formalem, sed materiale, ideoque per se tantum peccat venialiter, ut cum communi docet *Less. L. 1. c. 46.* Hoc tamen intellige respectu præcepti vel consilii humani; nam materiam à Deo suam, vel sub veniali præceptam spernere vel negligere tanquam inutilem, vanam, imprudenter præscriptam, est gravissima in Deum irreverentia; Aliud est, si quis rem aliquam levem à Deo prohibitam, v. g. officiosum mendacium, ideo admittere parvi pendat, quia levis est, & non gravis Dei offensa, tunc enim tantum peccabit venialiter, quia non contemnitur Deus, sed res levis, non nisi remotissimè in Deum redundans. *Laym. c. 7. n. 6. Tamb. sup. §. 4. n. 8.*

2. Si religiosus etiam purum monitum sui Superioris formaliter contemnat, seu ideo respuat aut negligat, quia ex perversione, superbia vel alia passione se non vult subicere Superiori, vel ideo studiosè rejiciat, quia Superior mandavit, peccat mortaliter ob gravem in Superiorem irreverentiam, & ideo si quis ex formali contemptu infringat præceptum grave, v. g. jejunium, admittit distinctas specie malitias necessariò in confessione explicandas, per consequens non satis erit dicere: fregi jejunium, sed dici debet: fregi jejunium in contemptum Superioris.

3. Superiorem præcipere posse sub mortali materiam de se levem, si relata ad bonum commune, ad evitanda scandala, pericula, diffamationes &c. sit necessaria, aut valde utilis, & per consequens materia gravis, constat ex n. 2. ideoque quilibet subditus in particulari, etiamsi respectu sui non sit periculum, tenebitur sub mortali, tali legi se submittere.

4. Religiosus suo exemplo alios pertrahens ad fractionem disciplinæ, si id fiat unâ alterâve vice, & in re saltem non graviter obligante, non peccat mortaliter; si autem id faciat promiscuè, aut toties, ut disciplina notabiliter corruat, & à pluribus non observetur, etiamsi res secundùm se videatur parva, v. g. extrahoraria confabulatio, computatio, tunc peccat mortaliter ratione spiritualis damni, quod infert disciplinæ. *Vid. C. 64. n. 3.*

### C A S U S XI.

De peccatis capitalibus in genere, & de superbia, avaritia, luxuria in specie.

**L** Ampridius 1. *Se aliis verbo, facto præfert, donâ divina, & fortunas sua attribuit industria.* 2. *Pe-*

cunia nimium afficitur. 3. Minores luxurias veniale  
reputat. 4. Retrahit se à copulâ ceptâ cum virgine,  
liâ confessionis, judicâ &c. 5. Personas fatuas, ebrias  
dormientes, & vigilantes non clamantes opprimat.  
6. Coit cum aliena sponsâ, vel sibi imaginatur alienam  
7. Turpia exercet cum sorore, affine, adoptata, vel  
baptismo susceptâ. 8. Cum personâ sacra in cœm  
rio, quam novit à confessario esse sollicitatam. 9. Per  
medicinas foetum, & semen expellere nititur; 10.  
Varius modis exponit se periculo pollutionis &c. 12.  
Pollutionem exortam non reprimit; optat, ut eveniat  
in somno, & de ea gaudet. 14. In confessione non  
plicat, an se polluerit cum imaginatione, vel desiderio  
adulterii, incestus &c. neque cum quibus personis  
instrumentis. 15. Congreditur non servato vase, sexu  
aut specie. 16. Cum statuâ, cum damone sub forma  
hominis, bestie &c. 17.-18. Turpia audire, legere  
cantare, dona amatoria, oscula, aspectus, tactus homi  
num & brutorum vix pro peccatis reputat. Resolutio  
constabit ex seqq.

I. QUÆR. I. Quot, & quæ sint peccata capitalia?

R. Sant 7. *Superbia, Avaritia, Luxuria, Invidia, Gula, Ira, Acedia.* Dicuntur capitalia, quia ex  
tanquam ex capite seu fonte omnia peccata dimanant.  
De tribus primis agendum est in casu presente, & de reliquis in seq.

QUÆR. II. Quid sit superbia, & quæ ejus filii

R. 1. *Superbia* est appetitus inordinatus propriæ  
excellentiæ, quo quis in donis naturalibus, vel supernaturalibus  
vult excellere, vel eminere super alios; est ex genere suo peccatum veniale, sæpius  
men per accidens fit mortale, ut si conjugatur cum contemptu Dei,  
eò quòd quis velit excellere super Deum, ut Lucifer; vel æstimet, aut saltem vel

videri habere sua talenta, vel dona non à Deo, sed à suo merito, industriâ, ingenio &c. aut jungatur cum gravi damno, scandalo vel contemptu proximi.

R. 2. Superbia plures habet filias, nam si quis inordinatè appetat aliis manifestari propriam excellentiam, vocatur *vana gloria*; & si manifestatio fiat per verba, dicitur *jaclantia*; si per facta, *ostentatio*, si per aggressionem operis vires excedentis, *presumptio*; si ostentetur per falsa & ficta signa, est *hypocrisis*. Si quærat in honoribus vel dignitatibus non debitis, vel debito majoribus, *ambitio*. Dixi appetitus inordinatus, nam velle excellere, secundum se est indifferens & si fiat ex honestâ causâ, v. g. ad Dei gloriam, proximi salutem, aut tuendam propriam famam, potest esse honestam & meritorium: igitur ut appetitus excellentiæ sit propriè superbia, debet ordinari ad propriam complacentiam.

QUÆR. III. Quid, & quale peccatum sit avaritia? 2.

R. Est inordinatus appetitus bonorum temporalium, seu immoderatus amor, cura, & sollicitudo ea acquirendi, conservandi, vel augendi; per se est tantum veniale, fit per accidens mortale, si impediatur eleemosynam urgente gravi præcepto, solutionem debiti, vel observationem alterius præcepti graviter obligantis: Filiae ejus sunt fraus, violentia, proditio, furtum, perfidia, oppressio pauperum, uno verbo omnis injustitia; nam *avarus nihil scelestius; & nihil iniquius, quam amare pecuniam*. Eccl. 10.

QUÆR. IV. Quid & quotuplex sit luxuria? 3.

R. 1. Est inordinatus appetitus delectationis venereæ, quæ fit cum commotione spirituum generationi subservientium circa partes corporis genitales: est semper peccatum mortale, non tantum quòd ad illicitam effusionem seminis, sed etiam quòd ad

quamcunque delectationem voluntariè admissam; hic enim non datur parvitas materiæ, ut habet *communis*; & Ratio est: quia quævis oblectatio venerea est excitativa spirituum genitalium, ideòque et naturâ suâ tendit ad expulsionem seminis, estque aliqua ipsius inchoatio, continuò disponens ad majorem, & majorem delectationem: Dico *venerea* quia delectatio merè sensualis, quæ oritur ex proportionem rei tactæ ad organum tactûs sine commotione spirituum venereorum, ex genere suo est tantùm veniale, ut si quis attingat alterius manus, aut faciem; vel attrectet, & osculetur infantem propter delectationem in teneritudine, & mollitie carnis infantilis, secluso periculo delectationis venereæ.

*R. 2. Species luxuriæ* aliæ sunt naturales, in quibus scilicet servantur conditiones à natura institutæ, putà diversitas sexûs, vas debitum, & identitas speciei; quales sunt fornicatio, stuprum, adulterium, incestus, &c. aliæ sunt innaturales, seu contra naturam, in quibus sexus, vas, vel species debita non servatur, ut pollutio, sodomia, bestialitas.

4. *R. 3. Fornicatio* est concubitus personæ solutæ cum soluta; soluta dicitur, quæ nec matrimonio, nec voto continentie est astricta: est intrinsecè mala & peccatum mortale, ut certum est ex Concilio *Vienn Florent. & S. Script. eph. 5. Omnis fornicator aut immundus non habet hereditatem in regno Dei*; ideòque *Inn. XI. meritò damnavit hanc 48. propter. Tam clarum videtur fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia interdicta, ut contrarium omnino rationi dissonum videatur.* Persepe habet adjunctas alias malitias, ut.

1. Si non servetur debitus modus & situs, quod citra periculum pollutionis, est tantùm veniale.

2. Si quis cœptâ copulâ se retrahat ad impediendam generationem prolis, triplicem admittit malitiam specialiter explicandam, scilicet fornicationem inchoatam, mollitiem consummatam, & intentionem positivè impediendi prolem: qui verò pœnitentiâ ductus se retrahit, & sic in se, & in alio pollutionem permittit, non peccat; potest enim & debet, se retrahendo, peccatum cœptum non continuare.

3. Eunuchus habens copulam tenetur suum statum confessario exprimere, cùm enim non habeat verum semen, inutiliter provocat semen fœminæ.

4. Fornicatio prima juxta *D. Th.* distinguitur specie à sequentibus, quia specialiter opponitur virginitati; at communior docet non distingui, ideòque non teneris in confessione exprimere, an tu, vel illa cum qua peccâsti, fuerit virgo, nisi usus fueris vi vel dolo; quia utrobique est eadem malitia; utraque sententia est tuta, & practicè probabilis. *Lugo, Dicast. d. 9. à n. 427.*

5. Fornicatio cum filia confessionis per se non importat novam malitiam, nisi confessarius in Sacramento, vel ejus occasione (eò quòd ex confessione advertit eam ad peccandum facilem) sollicitet, vel familiaris agere incipiat, aut illum in finem munus confessarii assumat, tunc enim accedet species sacrilegii in confessione explicanda; quia fit gravis irreverentia Sacramento, *Vasq. Bonac. Dicast. Dian. p. 1. t. 7. R. 12.* Qualiter peccet & se explicare debeat, qui alium ad fornicandum inducit, dicam *cas. 19.*

6. Fornicatio cum infideli non habet malitiam specialem saltem gravem, & necessariò explicandam, quia non satis apparet, unde hæc desumi debeat, & quamvis Ecclesia in reverentiam Fidei &

Baptismi prohibuerit cum infidelibus matrimonium, nullibi tamen prohibuit fornicationem, & in odiosis non est facienda extensio: in matrimonio est alia ratio prohibendi, scilicet periculum perversionis propriæ, vel prolium ob individuum vitæ societatem, quod locum non habet in fornicatione.

7. Concubinatus est continuata fornicatio cum eadem; non superaddit novam malitiæ speciem, per accidens tamen est plerumque obligatio eam circumstantiam explicandi in confessione, vel ratione scandali, vel ratione consuetudinis, & occasionis proximæ, de quibus necessariò debet iudicare posse confessarius, *V. cas. 98. 9. 5. & 6.* ubi plura dicam de concubinariis, consuetudinariis & in periculo proximo constitutis.

f. *R. 4. Stuprum* est copula fœminæ violenter illata: malitiæ fornicationis superaddit gravissimam injustitiam, & injuriam personæ oppressæ illatam, qualem etiam committit, qui cognoscit personam fatuam, ebriam, vel dormientem sine prævio ebriæ vel dormientis consensu: huc reducitur raptus, seu violenta abductio personæ, in ordine ad completendam libidinem, vel contrahendum matrimonium. fœmina oppressa tenetur omni modo conari, ut semen non recipiat, item clamare, si utiliter possit absque periculo vitæ, vel gravis infamiæ, alias enim cooperatur alterius peccato, quamvis in delectationem carnalem fortè non consentiat, quod rarò continget, nisi se pro possibili defendat, & obfirmatum servet animum non consentiendi. Si consentiat virgo, non est propriè stuprum saltem in ordine ad confessionem, quia volenti non fit injuria. Si fratre, v. g. per falsam magnæ dotis, aut matrimonii promissionem, item si gravi metu etiam reverentiali fuit ad copulam inducta; adhuc est stuprum in

confessione explicandum; quia quamvis ipsa peccet consentiendo, tamen ille consensus exortus fuit per gravem injuriam, puta injustum metum vel fraudem. Idem dicendum est de adolescente qui per vim, metum, aut fraudem ad turpia inductus fuit. De raptu sc̄minæ dicam cas. 110. q. 3.

¶ *Adulterium* est violatio alieni tori, peccatum gravissimum contra præceptum 6. & 9. Decalogi, Aliud vocatur *reale*, estque ipse concubitus cum non sua; si uterque sit alterius tori, erit adulterium duplex in confessione explicandum. Idque tenet, etiamsi altera conjux consentiat, uti certum est ex prop. 50. ab Inn. XI. damnata; *copula cum conjugatâ consentiente marito non est adulterium*. Ratio est, quòd conjuges in hoc non possint validè & efficaciter juri suo renunciare, sicut non possunt renunciare statui matrimoniali &c. ad quid autem teneatur adulter vel adultera, si proles nata fuerit, dicam cas. 43. n. 18. Sed quid si post contracta sponsalia sponsus vel sponsa carnale commercium habeat cum alio vel aliâ? ¶ Plures id simplicem fornicationem reputant, quia per sponsalia nondum traditum est jus in corpora; sed dicendum est præter fornicationem admitti injustitiam, specialiter in confessione exprimendam, nam quamvis sponsalia non dent jus in re, dant tamen jus ad rem; & per sponsalia implicitè spondent abstinere ab alieno concubitu, & ita habet communis sensus; ergo parti innocenti fit injuria.

*Adulterium mentale* est, quando conjux desiderat, vel concupiscit alienum vel alienam: Si morosè delectetur de copula imaginata cum non suo, *Vasq.* dicit addi novam speciem contra fidem matrimonii, quia circumstantia tenens se ex parte personæ peccantis, refundit malitiam suam etiam in

H 5

dele-

delectationes morosas; ideo enim omnis morosa delectatio venerea in religioso vel sacerdote habet speciem sacrilegii, quia nempe est contra votum & statum religiosum aut sacerdotalem, ergo in conjugato est contra fidem & statum matrimonii. Econtra *Hurtado* putat non peccare contra fidem matrimonii, quæ tantum obligat ad non locandum corpus alteri, non verò mentem. Uterque, ut videtur, probabiliter.

7. *Re. 6.* *Incestus* est peccatum luxuriæ exercitum inter personas conjunctas, sive fiat per copulam, sive per tactus, oscula impudica &c. Ideoque in confessione non sufficit dicere: turpiter tetigi, osculatus sum &c. sed addi debet; personam conjunctam affinem, consanguineam &c. Insuper circa peccatum incestus notanda sunt seqq.

1. Conjunctio est quadruplex, prima oritur ex sanguine, & dicitur *consanguinitas*, hæc peccatis luxuriæ superaddit malitiam incestus probabiliter inter omnes ascendentes & descendentes & inter collaterales usque ad 4. gradum inclusivè. Secunda oritur ex copula carnali, & dicitur *affinitas*, hæc ex copula maritali, & licita superaddit malitiam incestus usque ad 4. gradum, ex illicita usque ad secundum inclusivè. Tertia provenit ex adoptione perfecta, & vocatur *conjunctio legalis*. Quarta oritur ex Sacramento Baptismi & Confirmationis, ideoque vocatur *conjunctio spiritualis*; hæc omnes conjunctiones superaddunt peccatis luxuriæ malitiam incestus respectu omnium personarum, inter quas vel jure naturæ, vel ex lege Ecclesiæ prohibetur matrimonium, hinc etiam qui peccat cum sorore sponsæ suæ, incestum committit, quia inter hos prohibetur matrimonium, & copula, & statuitur impedimentum publicæ honestatis ob reverentiam conjunctis debi-

debitam; è contra si fornicatus cum Caja, postea forniceris cum Cajæ consanguinea in tertio gradu, non committis incestum, quia ex copula fornicaria non oritur impedimentum nisi ad secundum gradum, *Lugo, Oviedo, Sanch, de matr. t. 7. d. 67.*

2. Quò gradus est proximior, èd incestus est gravior, & quamvis probabile sit omnes incestus inter consanguineos, affines, & conjunctos legaliter in quocunque gradu esse ejuldem speciei; èd quòd videantur prohiberi ex eodem motivo reverentiæ personis conjunctis debitæ, & per consequens non esse opus exprimere, an cum consanguinea, vel affine, aut in quo gradu incestum commiseris; probabiliùs tamen explicandus est in affinitate gradus primus, in consanguinitate & primus & secundus, quia in his gradibus malitia est saltem notabiliter major, si non specie distincta, quia longè alia reverentia debita est matri, & sorori quàm remotioribus consanguineis; & longè fœdior est matris & sororis, quàm aliarum violatio, & primus gradus jure naturæ dirimit matrimonium, non ita alii. Ideòque ad minùs moraliter mutatur species secundùm dicenda *cas. 97. n. 20.*

3. Distinctè explicandus est incestus spiritualis, utpote specie distinctus ab aliis incestibus, prohibetur enim ex distincto motivo, scilicet in reverentiam Sacramenti Baptismatis, vel Confirmationis, ideòque adjunctam habet malitiam sacrilegii; non tamen opus est dicere, an cognatio orta sit ratione Baptismi, an Confirmationis, neque an peccaveris cum filia baptismi, an cum ejus matre; quia cum sit contra eandem reverentiam debitam personis ratione Sacramenti conjunctis, manet eadem species malitiæ, *Sanch. d. 5. n. 9.*

8. *q. 7. Sacrilegium* in materia luxuriæ committitur dupliciter.

1. Per violationem voti continentiae, sive in se, sive in alio, quocum venerè peccatur, nec opus est exprimere, an votum sit solenne, an simplex, an peccans sit Subdiaconus, an Sacerdos, Episcopus vel Religiosus, *Sanch. Dicast. à n. 306. Steph. t. 1. d. 5. n. 58.* Quia his omnibus prohibetur luxuria ex eodem motivo voti. Si Religiosus vel voto astrictus peccet cum Religiosa, vel voto astricta, duplex uterque sacrilegium admittit in confessione explicandum, quia uterque violat votum in se, & in alio. Sacerdos inducens personam laicam, ut in se, vel cum tertio impudica exerceat, non peccat contra votum, nec opus est in confessione exprimere, se esse in sacris, sed satis est, si dicat; se personam liberam ad tale, vel tale peccatum induxisse, quia non voti castitatem alienam, sed propriam. Econtra laica patiens tactus impudicos à Sacerdote vel eos Sacerdoti suadens committit sacrilegium in confessione exprimendum, Ratio est, quia pariendo physice, suadendo moraliter concurrat, & cooperatur sacrilegio Sacerdotis. Sed quid si sacerdos stolâ vel albâ indutus agat turpia? *q. 2.* Probabilius committere sacrilegium, quia illa irreverentia sacris & benedictis vestibus illata, redundat in injuriam Sacramenti, ad quod ordinantur: aliud est de eo, qui fornicatur habens Scapulare benedictum, agnum Dei, vel reliquias ad collum, quia communiter non censetur illis injuria fieri saltem gravis, nisi fieret in contemptum.

2dò. Committitur sacrilegium per voluntariam effusionem seminis in loco sacro, id est, in templo, sacello, vel cœmiterio ab Episcopo consecratis vel benedictis; excipiant AA. communiter actum con-

juga-

jugalem à conjugibus in loco sacro diu inclusis ex necessitate, ad evitandum periculum incontinentiæ, exercitum. Huc reducitur sollicitatio ad turpia, facta in confessionali, vel intuitu confessionis etiam non secutiæ vel tantum simulatæ, quæ est gravissimum sacrilegium contra reverentiam Sacramenti sub gravissimis pœnis à Pio IV. & Gregor. XV prohibita obligans sollicitatos sub excommunicatione ad denunciandos Episcopo sollicitatores. Sed has Constitutiones sub tanto rigore apud Germanos non esse receptas testatur *Spor. Theol. sacr. p. 4. c. 3. n. 622.* Si mulier dicat se ab alio confessario fuisse sollicitatam, merited monet *Henno*, quod confessarius non facile debeat in se suscipere onus denunciationis, quia mulieres quandoque ex invidia, ira, aut aliâ passione ipsis non insolitâ, quærunt perdere viros honestissimos.

R. 8. *Pollutio* seu mollities est effusio seminis extra concubitum; circa hanc tenenda sunt sequentia: 9.

1. Nullo casu, nequidem ad servandam vitam licitum est per quameunque causam quærere, intendere, vel procurare pollutionem, & sic quæsitâ, vel intenta est peccatum mortale contra naturam, habet enim intrinsicam repugnantiam cum naturâ, quæ emissionem seminis unicè ordinat ad generationem proles, est de fide, nam 1. Cor. 6. dicitur *neque adulteri neque molles ... Regnum Dei possidebunt.* Et Innoc. XI. damnavit hanc 49. prop. *mollities jure natura prohibita non est* &c. quod etiam verum est de turpibus moribus, quæ sunt inchoata mollities, vel fornicatio; item de directâ expulsionem fœtus, etsi nondum animati, quia est expulsio duplicis seminis, & ob diversas medicorum sententias serè semper est dubium, quando fœtus animetur, & per consequens erit periculum occidendi corpus, &

am-

animam foetus. *Less.* contra *Sanch. V. cas. 33. à n. 14*  
 Licitum tamen est per medicinam directè expellere  
 semen corruptum, etsi per accidens simul effluat se-  
 men verum, quia semen corruptum non est amplius  
 semen, sed humor noxius: id tamen non licere per  
 tactus, seu fricationem verendorum docet *Sporer*  
*n. 643.* Quia ejusmodi tactus, vel confricatio per  
 se, & ex naturâ suâ tendunt ad provocandum verum  
 semen, & per accidens solùm juvant educere semen  
 corruptum. Aliud est de fricatione, quæ fit non ad  
 expellendum semen, sed ad depellendum molestum  
 pruritus, etsi per accidens exsurgant motus: ut  
 primùm autem hi advertuntur, cessandum est, quia  
 si tunc pergeretur, talis fricatio directè tenderet ad  
 pollutionem aut saltem ad vehementiores motus  
 cum periculo pollutionis. *Henno & alii.*

10. 2. Circa pollutionem vel motus per accidens  
 secutos, id est, prævisos, sed non intentos accipit  
 hanc regulam: *Si actio, ex qua prævidetur motus,  
 vel pollutio, multùm disponat, seu ex natura sua nota-  
 biliter influat in motus vel pollutionem, veluti omnes  
 actus veneri mortaliter mali, turpes tactus, aspectus,  
 oscula, delectatio morosa de concubitu, tunc non tantùm  
 causa motuum, sed & ipsa motio, & pollutio sunt  
 mortale.* *Sylv. Rosmer. Laym. Mezger. Sanch. L. 9. d.  
 45. Less. L. 4. c. 3. dub. 14. à n. 100. Spor. n. 645.*  
 Ratio est, quia lex naturalis prohibens pollutionem  
 etiam obligat ad non ponendas causas per se, & no-  
 tabiliter influentes, & qui vult ejusmodi causam  
 hoc ipso vult effectum connaturaliter conjunctum.

3. *Si actio tantùm per accidens, remotè, & non no-  
 tabiliter ad turpes motus, vel pollutionem disponat, pol-  
 lutio prævisa, & non intenta, dummodo absit pericu-  
 lum consensûs, non est mortale, sed aliquando venia-  
 le, ut statim dicam: Ratio est, quia per se non est*

obli-

obligatio gravis ad evitanda pericula , vel causas planè remotas , ex quibus per accidens præter intentionem , & magis ex naturæ infirmitate , quàm ex positis causis , mali effectus proveniunt. *A. A. ciit. & Mendo d 5. n. 11.*

4. Si actio ex qua prævidentur motus, vel pollutio, sit venialiter mala, ut curiosus aspectus, verbum turpe, vana confabulatio cum dispari sexu, aut etiam actio extra materiam luxuriæ mortaliter mala, ut elus carnum die Veneris, ebrieras &c. Pollutio prævisa est tantùm venialiter mala, quia tantùm videtur esse levis deordinatio contra castitatem sine justa causa poni e aliquid remotè disponens ad pollutionem; si verò dispositio in se non sit mala, vel sit justa causa eam ponendi, ut aspectus, tactus, oscula, amplexus honestatis causâ, & obiter ex more patriæ, vel causâ necessitatis ad medendum, vel naturam sublevandam facta, item studere casibus venereis, audire confessiones, edere calida, choreas honestas ducere, commodo situ in lecto jacere, & similia, cùm plerumque adsit rationabilis causa necessitatis, vel utilitatis, omni culpâ vacant, etsi per accidens citra periculum consensûs sequatur pollutio. Dico citra periculum consensûs; nam si tibi per experientiam notum sit, quòd non obstante debita animi præparatione per orationem, jejunia &c. adhuc soleas in pollutionem advenientem consentire; nullo casu tibi licitum erit præmissas actiones exercere, sed potiùs officio cedendum erit; unde hic militat illud Christi: *quid prodest homini si universum mundum lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur.* Matth. 16.

5. Qui ante somnum per tactus, aspectus vel imaginationes turpes intendit in somno pollutionem, præter malitiam tactui vel cogitationi propriam, etiam

etiam contrahit malitiam pollutionis in confessione explicandam, sive in effectu sequatur sive non sequatur pollutio; si verò non intendat, sed prævideat pollutionem in somno orituram, iterum videtur peccare peccato pollutionis, si imaginatio sive visum, vel experientia constet, ex simili tactu, vel aspectu pollutionem nocturnam sequi: tunc enim & non aliàs videntur hi actus in pollutionem notabiliter influere; quis enim credat ex omni tactu vel affectu turpi obiter, & diu ante somnum habito semper prudenter timeri posse pollutionem nocturnam?

13. 6. Pollutionem in somno, vel aliter exortam non teneris cohibere, vel reprimere manibus, hoc enim vel est inutile, vel sanitati, aut etiam castitati periculosum, obligaris tamen elicere internam dispendentiam, & phantasiam, quantum potes, ab objecto turpi avertere ob periculum consensûs. *Sancti d. 17. n. 16.*

7. Quamvis illicitum sit delectari de pollutione secundum se, vel optare, ut in somno eveniat, & conjunctam delectationem, ut cum communi delectatione. *Sancti in dec. L. 1. c. 2. n. 16.* tamen non videtur illicitum gaudere de bono effectu, v. g. sanitatis, vel mitigatæ concupiscentiæ, secuto ex pollutione involuntaria, vel etiam simplici affectu citato omnem cooperationem optate, non tam pollutionem, quàm ejusmodi effectum ex pollutione.

*Si dicas:* non est licitum optare vel etiam gaudere de morte naturali alterius ob bonum temporale, v. g. hereditatem inde consecutam, uti certum est ex Propositionibus 13. & 15. ab Inn. XI. damnatis; ergo nec licitum est gaudere, vel optare pollutionem involuntariam prout conjunctam cum effectu bono. *g. Distinguendo C.* Ergo non est licitum

gaudere, vel optare pollutionem ita, ut objectum gaudii vel desiderii sit delectabilitas pollutionis, C. ita, ut objectum gaudii sit solus effectus inde secutus, N. Deinde mors naturalis est grande malum Physicum, quod optare propter solum lucrum temporale est contra charitatem, aliud est, si optaretur ob bonum spirituale proximi: è contra emissio seminis ex causâ naturali non est malum Physicum neque individuo, neque speciei humanæ, cum sit quid superfluum, quo se natura exonerat, aut saltem est malum tam leve, ut ob utilitatem etiam privatam permitti possit. *Sanch. sup. d. 45. n. 14.*

8. Pollutio sæpe adjunctas habet alias specie malitias, v.g. fornicationis, si scilicet polluens sibi imaginetur copulam cum fœmina in genere, vel cum ligata, non ut ligata, sed ut formosa; si verò accedat desiderium, etiam circumstantiæ suam refundunt malitiam, ut dixi *cas. 9. n. 4. § 11.* 14.

9. Polluens non tantum tenetur exprimere qualitatem suæ personæ, sed & personæ à se pollutæ, quia pro qualitate personæ variatur species peccati, ad quam ipse cooperatur, & quidem polluens se ad fœminam, vel cum fœminâ, plerumque in affectu committit fornicationem: si cum persona ejusdem sexûs cum affectu ad personam, est sodomia, non tamen est opus explicare instrumentum inanimatum, quo quis se vel alium polluit: secus si pollutio fiat in os alterius, ibi enim est specialis dedecentia ad naturam rationalem eam deprimens etiam infra conditionem bestialem.

10. Quæ dicta sunt de pollutione, cum proportionem intelligenda sunt de distillatione, quæ est effusio humoris cujusdam medii inter urinam & semen, fitque ordinariè cum minori sensu voluptatis, quàm

I

pollu-

R. D. Jansen Theol. Moral. Tom. I.

pollutio, imò quandoque cum nullo, & tum (quando vis adfit levis erectio genitalium) non esse peccatum, nec majorem ejus curam esse habendam quàm sudoris, dicunt plures apud *Sanch. n. 2.*

15. *¶ 9. Sodomia* alia est perfecta, alia imperfecta. *perfecta* est concubitus ad sexum non debitum, viri cum viro, fœminæ cum fœmina, unde patet a sodomiam non requiri seminationem in vas præposterum, aliàs enim mulier cum muliere sodomiam exercere non posset, cum neutra seminet in tra vas præposterum, sed utriusque semen intus defluat in matricem: quòd si mas seminatet in vas præpostero maris, deberet in confessione probabilius exprimere, an fuerit agens an patiens; nam agens dispergit semen, non patiens. *Sodomia imperfecta* est concubitus cum diverso quidem sexu sed extra vas naturale cum affectu ad vas præposterum, est species distincta à sodomia perfecta, idèque & distinctim exprimenda. Utraque est peccatum abominandum jure naturæ & divino prohibitionem; propter quod *Dominus pluit super Sodomam & Gomorrhæam sulphur & ignem. Gen 17.* & abinde vocatur sodomia. Sæpe adjunctas habet alias malitiz species v. g. speciem adulterii, incestus, sacrilegii, prout una, vel utraque persona est matrimonio vel voto ligata, consanguinea, vel affinis; & si quis exercet sodomiam, vel pollutionem cum uxore non sufficit dicere: cognovi conjugatam in vase præpostero, quia tunc confessarius judicabit, eum alteri marito fecisse injuriam, quod falsum est, sed debet dicere: sodomiam, vel pollutionem exercui cum propria uxore, intellige si habeat confessarium ignotum, nam probabiliter non tenetur suam uxorem infamare. Sed quid si quis coeat cum statua? *¶.* Si coeat cum affectu ad personam humanam

nam

ram, committit fornicationem, vel sodomiam, prout affectus fertur imaginariè in personam ejusdem, vel alterius sexûs; si cum affectu ad bestiam, cujus v. g. statua imaginem gerit, in affectu bestialitatem committit.

R. 10 *Bestialitas* seu coitus hominis cum bruto 16. est nefandum scelus, jussu Dei in homine, & bruto sceleris focio flammis expiandum *Lev. 20.* Non opus est exprimere in confessione, qualis sit bestia, an ovis, capra, vel equa; bene tamen, an cum fœminâ, an cum mare, an in vase naturali, an in præpostero, sunt enim turpitudines notabiliter diversæ. Huc reducit *D. Th.* concubitum cum dæmone incubo vel succubo, qui peccato contra naturam superaddit speciale peccatum contra Religionem, eò quòd sit turpe commercium cum Dei, & omnium nostrum infensissimo hoste, in quo præterea explicandum, an dæmon fuerit sub specie viri, vel fœminæ, aut sub forma conjugatæ, monialis vel consanguineæ, aut etiam sub formâ bestię: toties enim in affectu nova admittitur malitiæ species. Communiter autem hîc monent *DD.* confessarium non debere esse nimium in examinandis peccatorum carnalium circumstantiis, ne sibi vel pœnitenti sit occasio turpis consensûs. *Sed de hoc V. cas. 98 q. 4.*

QUÆR. V. Quid circa gestus, tactus, oscula, verba & similes actus luxuriæ imperfectos?

R. *Sequentia* 1. Legere, loqui, cantare, audire 17. turpia; item gestus, litteræ, & dona amatoria, si non fiant animo provocandi ad libidinem, sed ex levitate, curiositate, vel vano solatio, per se tantum sunt venialia, valde tamen periculosa; & in iis, qui gaudent metaphoris rerum turpium, qui dicta in sensum turpem facilè detorquent, de partibus recundis, & huc pertinentibus libenter loquuntur,

sunt signa latentis libidinis, & peccati plerumque mortalis, quia tales non solent tam de modo scribendi, loquendi, cantandi turpia, quàm de ipsis rebus turpibus delectari, quod semper mortale est.

18. 2. Actus de objecto valde turpi, ut tactus, & aspectus nudus, & fixus verendorum disparis sexûs concubitûs humani &c. semper sunt mortale, quia proximè, & per se disponunt ad motus, & delectationes turpes, nisi fiant à chirurgo vel medico ex causâ medendi, absque periculo tamen consensûs. Econtrâ seipsum, vel alterum ejusdem sexûs, vel etiam infantem disparis sexûs ex curiositate aut petulantia obiter, v. g. lavando, natando circa has tangere vel aspicere citrà affectum, & periculum consensûs veneri, est tantùm veniale, *communis cum Laym.*; quia hæc non ita ad libidinem provocant. Dixi *obiter*, si enim fiat ex voluptate, & cum morâ, videtur à mortali non posse excusari ob periculum delectationis, aut commotionis veneri, *Sanch.* & alii plures à mortali excusant tactum ad partes turpes alterius sexûs super vestes, si fiat scilicet obiter ex petulantia aut levitate, at hîc puto esse majus periculum. Molliter tractare, & demulcere catellos, aliâque animalia, ordinariè non excedit veniale; meritò tamen *La Croix L. 3. p. 1. n. 903.* dicit esse periculosum, ita ea tangere, ut effluat eorum semen, eò quòd facilè se ingerat delectatio venerèa, & quidem si fiat affectu libidinoso, erit inchoata bestialitas.

3. Oscula, amplexus, tactus uberum, cum diverso sexu, non tantùm si fiant ex affectu delectationis veneræ, sed etiam tunc, quando fiunt ex delectatione sensuali absque alio honesto fine, sunt peccatum mortale, & quamvis oppositum possit speculative defendi, in praxi tamen locum non habet.

*Sanch.*

*Sanch. Laym. Sporer. n. 351. & n. 687. La Croix n. 894.* Tum quia delectatio sensibilis, in hujusmodi objecto sponte quæsitâ per se, & naturaliter trahit commotionem spirituum genitalium, & quidem ita vehementer, ut experientiâ constet plerumque non sibi in delectatione sensibili, sed ob nimiam potentiâ sympathiam sæpissimè, idque maximè inter personas sensualiter se amantes, emergere delectationem veneream: tum etiam propter Propol. 40. ab Alex. VII. damnatam, quæ sic habet: *Est probabilis opinio, quæ dicit tantum esse veniale, osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensûs ulterioris & pollutionis.* Idem à potiori dicendum de osculis & amplexibus, quæ furtivè, cum mœra, & ardore repetuntur. Osculari partes pudendas ejusdem vel alterius sexûs videtur habere specialem turpitudinem in confessione explicandam; quia specialiter dedecet naturam rationalem.

4. Si verò oscula, amplexus, contrectationes manuum, fiant ex honestâ causâ ad ostendendam amicitiam, ad fovendum amorem in ordine ad honestum matrimonium, quamvis per accidens fortè prævideantur motus carnales, modò absit periculum consentiendi, non sunt peccatum; at si fiant ex levitate, joco aut petulantia, obiter & secluso periculo consentiendi in motus vel delectationem veneream, sunt tantum venialia. De choreis qualiter liceant, dicam *cas. 20. n. 7.* Ex his per se patet casûs resolutio, nec operæ pretium judico, eadem

hic repetere, jam enim ad nauseam  
turpibus sum immoratus.

## CASUS XII.

## De Invidia, Gula, Ira, Acedia.

**M**Orphorius 1. Multum cruciatur, quod am-  
 lio officium, virginem adamatam sibi prae-  
 rit, quod honoretur, ametur. 2. Ex sola voluptate edi-  
 bibit. 3.-4. Convivia, in quibus saepe inebriatus  
 non vitat, quia tantum ebrius fit, dum exit in aere  
 5. Tabacum sumit, & se gyrat usque ad turbationem  
 capitis. 6. Bibit, usque dum fiat impotens incedere,  
 familiam dirigere, non absque capitis, & podagra do-  
 loribus, debilitatione stomachi. 7.-8. Se inebriat,  
 non incurrat offensam compotatoris, ne ad duellum  
 provocetur, diffametur. 9. Ut conservet sanitatem  
 vel vitam. 10. Ut non sentiat dolores podagrae, abscis-  
 sionem pedis, ut expellatur venenum &c. 11. Socium  
 ad largiores haustus animat, semipoto propinat, & ho-  
 bere cogit. 12. Alios, ne sibi noceant, ne secretum pro-  
 dant, inebriat. 13. Ebrius blasphematur, furatur, alio  
 ad compotationes inducit cum dispendio rei domesticae.  
 14. Pueros & stultos inebriat, utque fortius bibere  
 possit. pharmaca sumit, ibid. In eos qui potum deho-  
 rantur, mirum incandescit cum meditatione vindictae.  
 15. Remedia salutis nauseat. 16. Dolere se esse ma-  
 rum, baptizatum &c. Pro resol.

1. QUÆR. I. Quid sit Invidia?

1. Est tristitia de bono alieno estimato ab invidente  
 ut malo proprio. D. Th. 2. 2. q. 63. a. 1. Tristari de  
 bono ut alteri bonum est, est actus formalis odii  
 sicut velle bonum ut alteri bonum est, est actus  
 charitatis. Et quamvis invidia plerumque odium  
 proximi involvat; tamen ut talis non tristatur de  
 bono alieno, ut alteri bonum est, sed ut creditur ma-

nuere vel obscurare propriam excellentiam ; ut si  
ambitiosus doleat , alium sibi in honore vel divitiis  
fieri æqualem , quasi sibi per hoc aliquid decedat.  
Est genuina filia superbiæ , & peccatum ex genere  
suo mortale , directè oppositum charitati ; & si in-  
videat alteri dona supernaturalia , v. g. gratiam , san-  
ctitatem vitæ &c. eò quòd putet per ea minui suam  
æstimationem , aut certè vitam suam redargui , est  
peccatum gravissimum in Spiritum Sanctum , quod  
dicitur *fraternæ charitatis invidentia* : si sit circa  
bona naturalia , est veniale , vel mortale pro ratione  
boni , quod alteri invidetur : si quidem sit circa ma-  
teriam levem , sed animo invidendi etiam majora ,  
vel quævis bona , semper est mortale. Dixi : *estima-  
to ab invidente ut malo* : nam si alterius bonum com-  
munitati , mihi vel alteri innocenti reverà sit ma-  
lum , & absit malus affectus odii , aversionis erga  
personam ipsam , tritari de alterius bono non est in-  
vidia : sic licitè tristor de doctrinâ , & eloquentia  
hæretici , quatenus per hæc multos seducit ; pruden-  
ter doleo , illi beneficium esse collatum , quem vel  
scio esse indignum , vel illo abusurum in meum vel  
aliorum damnum : Ratio est , quia talis tristitia , vel  
dolor non tam est de bono proximi , quàm de malo  
inde resultante. Simili modo , si quis , secluso omni  
malo affectu erga personam , tristatur , quòd alius  
sibi officium vel virginem adamatam præripuerit ,  
quòd ab alio vincatur in virtute , doctrinâ , divitiis ,  
non ideo , quòd hæc sint in alio , sed quòd in se non  
sint , non est invidia , sed æmulatio , quæ bona vel  
mala est pro qualitate objecti ; de hac dicit Apo-  
stolus : *Emulamini charismata meliora* . I. Cor. 12.  
Ex invidia oritur detractio , odium , susurratio , De  
quibus suis locis.

QUÆR. II. Quid circa Gulam ?

I 4

I. Se-

*β. Sequentia. 1. Gula est inordinatus appetitus usqueque cibi vel potus ex hoc, quod quis vel plus sumat, quam natura requirat, vel sumat nimis exquisita, vel sistat in sola voluptate cibi aut potus, et tantum sumat necessaria, ut nunc certum est ex Prop. 8. ab Alex. VII. damnata: Comedere & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem, non est peccatum, modo non obsit valetudini, quia licite potest appetitus naturalis suis actibus frui. Dixi: si sistat in sola voluptate: nam si quis cibo & potu delectetur eo fine, ut magis conducant ad nutritionem, non peccat, quia non sistit in ea voluptate, sed eam refert ad finem honestum, conservationem sanitatis, & vitæ; quem finem in utilibus, & necessariis ad sustentationem homo virtualiter semper intendit, quamdiu non habet intentionem contrariam.*

*2. Gula ex genere suo est peccatum veniale oppositum abstinentiæ, per accidens fieri potest mortale ob grave damnum corporis vel animæ, ut si quis per nimiam ingluviem causet sibi febrim, graves capitis vel podagræ dolores, aut se ineptum reddat ad functiones officii graviter obligantis. Effectus gulæ in corpore sunt calculus, podagra, chiragra, capitis vertigo, stomachi cruditas, oculorum calligo, viscerum corruptio & totius corporis graveolentia; in animo inepta lætitia, immunditia, multiloquium, hebetudo mentis, animi torpor, & omnium ferè criminum partus, nam gulosus & ebriosus, pro Deo ventrem habet, eleemosynas omittit, spernit pauperes, aliena rapit, familiæ substantiam devorat, puerorum educationem negligit, committit usuras aliasque injustitias; ideoque solerter monuit Christus Luc. 21. Attendite vobis, ne fortè graventur corda vestra in crapula & ebrietate. Remedia autem præcipua contra hoc vitium Germanis præ-*

dolor

dolor nimis familiare; sunt, fugere lautiores epulas, confortia & similes gulæ occasiones juxta illud Prov. 23. *Noli esse in conviviis potatorum.* Item sapius & seriò considerare turpitudinem hujus vitii plùs quàm bestialem, & damna in corpus & animam inde promanantia &c.

QUÆR. III. Quid, & quale peccatum sit 3. ebrietas?

R. *Ebrietas est voluntarius excessus in potu usque ad violentam usûs rationis privationem voluptatis causâ.* Cajetan. Valent. Less. Azor. Laym. Dicastillo L. 1. de just. d. 3. n. 104. & alii communiter contra Sylvium 2. 2. q. 150. a. 1. qui dicit omnem voluntarium excessum in potu usque ad defectum rationis esse propriè ebrietatem. Ratio sumitur ex D. Th. 2. 2. q. 150. a. 1. Q. 2. ubi dicit, ebrietatem consistere in nimio usu, & concupiscentia vini, ideòque sicut ad sobrietatem spectat moderari nimiam concupiscentiam potûs ob delectationem in illo; sic ex opposito ebrietati proprium est moveri nimiam potûs concupiscentiâ & delectatione. Ebrietas est intrinsecè mala, & per se peccatum mortale, ut patet ex Script. ad Rom. 13. ad Ephes. 5. & S. Th. loc. cit. & lect. 3. in c. 13. ad Rom. Ratio est, quia voluntariè se inebrians videtur præferre delectationem vini integritati rationis, inquit S. Doctor: hoc autem nullo casu est licitum, ergo.

Dicitur 1. *voluntarius excessus*: nam si ebrietas 4. non sit prævisa, etsi quis leviter excesserit in temperantia, non est peccatum mortale; si quis verò per experientiam sciat, se in tali occasione solere inebriari, vel dubitet, timeat, aut ob consuetudinem timere debeat periculum ebrietatis, tenetur ab ejusmodi occasione sub mortali abstinere, & si nolit, est incapax absolutionis: si largiùs bibens sciat se

fore ebrium, si in aërem exeat, debet sub mortali, vel manere domi, vel à largiori potu se continere,

5. *Dicitur 2. excessus in potu:* nam si usus rationis aliter, quàm per potum tollatur, v. g. per odorem lupuli, per suffitum tabaci &c. non erit propriè ebrietas, attamen peccatum, & quidem mortale, si ex sola voluptate ad notabile tempus, v. g. ad horam ratio intercludatur; si enim sit mortale ex delectatione potùs se usu rationis privare, cur non ex delectatione tabaci, vel alterius fumi, aut suffitùs? Ratio à priori est, quòd homo non sit dominus suæ rationis, sed administrator; ergo si eam absque sufficienti causa exturbet, graviter peccat contra naturam & Deum, sicut graviter peccaret, si absque sufficienti causa sibi abscinderet membrum.

*Dixi:* ad notabile tempus, nam videtur etiam hìc dari posse parvitatem materiæ, sicut datur in læsione corporis vel sanitatis propriæ; quare non in læsione rationis? quis enim dicet peccare mortaliter eum, qui ex fumo, ex intemperantia, vel agitatione in gyrum, momentaneam sibi causat vertiginem, & mentis interceptionem, ita ut nesciat, ubi existat?

6. *Dicitur 3. ad privationem usûs rationis;* quamdiu enim adhuc quis novit discernere inter bonum & malum, ac dirigere actus suos ordinarios, v. g. prospicere familiæ, horas attentè legere, etsi lingua parum titubet, pedes vacillent, oculi caligent &c. adhuc non erit perfecta & mortalis ebrietas. *Less. Cajetan Laym. Dicast.* Nequetunc, si quis in cibo vel potu excedat usque ad vomitum, vel ideo vomat, ut iterum possit bibere; nam quamvis hìc sit magna deformitas, tamen excusatur à mortali, modo absit periculum ebrietatis, & notabiliter non lædatur sanitas, vel natura, causando graves dolores
- poda

podagræ, vel capitis saltem ad plures dies, nauseam stomachi, febres, vitæ abbreviationem &c. ; tunc enim graviter peccatur contra charitatem propriam, & jus quod solus Deus habet in vitam & sanitatem nostram. ut plerumque contingit in iis, qui sæpius se vino immoderatè replent, de quibus Isaïas cap. 5. *Va qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.* Et Prov. 23. *Cui vas; nonne his qui commorantur in vino? Va autem in Scripturis peccatum mortale denotat.*

*Dicitur 4. ad violentam privationem rationis.* 7.  
per quod ebrietas distinguitur à somno, qui non violenter & contra naturam, sed ex naturæ institutione ad reparandas vires, & spiritus vitales, rationem ad tempus sopit, ita tamen ut relinquat potentiam proximam iterum ratione utendi, si homo à somno excitetur; è contra homo ebrius etiam vigilans ratione uti non potest, nec valet ad usum rationis excitari.

*Dicitur 5. voluptatis causâ :* Hinc si quis bibat 8.  
ad privationem rationis non quidem ob delectationem, sed ex alta levi vel insufficienti causâ v. g. ut satisfaciatur amico, ut vincat per æquales haustus, ut non incurrat offensam, ut non vapulet vel diffametur; ex communiore non admittit formalem, sed tantum materiale ebrietatem, peccat tamen juxta omnes mortaliter: quia sine justâ causâ se privat bono naturæ præstantissimo, scilicet ratione, cujus ipse non est dominus, sed custos; sicut peccat mortaliter, qui ex tali causâ sibi abscinderet brachium.

*Occurrit hic dubium principale,* an saltem ex 9.  
causâ gravissimâ, v. g. ad recuperandam sanitatem ex præscripto medici, bibere liceat ad ebrietatem; aut pro conservanda vita, si inimicus tibi impetret mortem, nisi bibas?

Ne-

Negant utrumque *S. Antoninus p. 2. tit. 6. c. 3.* *Angelus V. ebrietas. Sylvius l. c. Tabien. Mendo d. 3. q. 14.* & quodam secundam partem *S. August. serm. 232.* de tempore, ubi dicit: *Etiamsi ad hoc veniretur, ut tibi diceretur: aut bibas, aut morieris, melius tibi erat, ut caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur.* Rationem dant, quia talis ebrietas non minùs est intrinsecè mala, quam pollutio, quia sicut pollutio destruit semen humanum, sic ebrietas destruit rationem, quâ in homine nihil est præstantius; sicut ergo pollutio, & destructio seminis, etsi non fiat ex voluptate, nullo casu est licita, sic nec destructio rationis per potum: & quamvis ejusmodi potatio sit necessària ad conservandam vitam, quia tamen vitam non servat secundùm bonum rationis, quam destruit, non potest non esse contra sobrietatem, quæ necessariò est ad bonum rationis. Accedit, quòd ebrietas per se sit causa rixarum, cædium, luxuriarum, blasphemiarum, &c. ergo ex lege naturæ meritò censetur omni casu prohibita.

Econtra utrumque licere affirmant *Cajetan. 2. 2 q. 150.* & ibid. *Valent. Sylvest. V. Ebrietas. Azor.* & plures alii apud *La Croix L. 5. n. 321.* Probant 1. quia si non bibatur ex voluptate, non est ebrietas formalis; sed materialis, quæ non est intrinsecè mala, sed licita ex urgente causâ. 2. Quamvis homo non sit dominus suæ rationis, sicut non est dominus suorum membrorum, licitè tamen ad conservandum totum abscindit membrum, ergo etiam licitè ad tempus se privat usu rationis, ut vita, & ratio conservetur in futurum. 3. Potus necessarius ad conservationem vitæ non est contra sobrietatem, *S. Thom. q. 141. a. 6.* sed talis potus est necessarius ad conservationem vitæ, ergo. 4. Non est contra chari-

charitatem propriam abscindere brachium pro  
 conservanda vita, ergo nec contra sobrietatem so-  
 pire per potum ad tempus rationem, ut conservetur  
 totum, ratio, & vita. §. Ex gravi causâ licitum est  
 sumere pharmacum soporiferum, etsi quis statim  
 ex somno ad usum rationis excitari non possit, ergo  
 & ex tali causâ sumere potum inebriantem. Utra-  
 que sententia habet aliquid veri: Igitur

*Dico:* si ipsa ebrietas seu violenta rationis priva-  
 tio assumatur vel intendatur tanquam medium ad  
 aliquem finem, v. g. ad recuperandam sanitatem vel  
 evadendam mortem, nunquam licet, sicut nunquam  
 licet pollutio, seu directa expulsio seminis etiam pro  
 conservanda vita, ut bene probat prima sententia;  
 unde si quis tibi minetur mortem, gravissimam in-  
 famiam, mutilationem, verbera, nisi te inebries,  
 non potes obsequi, & in hunc finem locutus est  
*S. August.* Similiter non potest se reus inebriare, 10.  
 ut non sentiat tormenta, vel angustias mortis; vel  
 alius, ut non sentiat dolores podagræ, vel abscissio-  
 nem pedis &c. quia tunc ipsa rationis privatio assu-  
 mitur tanquam medium ad finem insensibilitatis.  
 Econtrâ si alter non intendat tuam ebrietatem,  
 sed tantum comotationem, absque mortali obse-  
 qui potes etiam cum periculo ebrietatis; item licet  
 sumis vinum generosissimum, quantum opus est ad  
 expellendum frigidum venenum, etsi certò prævi-  
 deas te inebriandum, etiam ex supposito, quod ta-  
 lis ebrietas sit intrinsecè mala, sicut licet sumis  
 pharmacum ad expellendum semen corruptum, etsi  
 certò prævideas simul expellendum semen verum:  
 Ratio est, quia in his omnibus non intenditur vel  
 procuratur directè ebrietas, sed conservatio vitæ &  
 sanitatis, ex qua præter intentionem sequitur  
 ebrietas.

Ad

Ad argumenta secundæ sententiæ, etsi sint magni ponderis, responderi potest 1. N. quod ejusmodi ebrietas non sit intrinsecè mala. *Ad 2. Dispar. est* quòd in dissipatione usûs rationis major sit deformitas contra naturam rationalem, quàm in destructione alicujus membri, quia homo per usum rationis distinguitur à bruto, igitur ebrietas, quæ hunc usum destruit, facit hominem similem bruto, quod non facit abscissio membri. Et sicut pro conservando toto non potest destrui semen humanum, sic nec usus rationis. *Ad 3. Potus necessarius ad conservationem vitæ non est contra sobrietatem, si adhibeatur cum integritate rationis, C. secus N.* *Ad 4. N. C.* Omnia membra ordinantur ad totum, ideòque ordo charitatis & rectæ rationis exigit, ut pro conservatione totius destruaturs pars, si opus est ratio autem non ordinatur ad vitam, corporalem, sed vita corporalis ad vitam rationalem, seu bonum usum rationis. *Ad 5. N. C.* Sicut somnus, ita & pharmacum causans somnum, directè & ex natura suâ ordinatur ad restaurandos spiritus vitales, non verò ad privationem usûs rationis, etsi hæc indirectè sequatur. Ex præmissis

11. *Deduces seqq.* 1. Non est licitum urbanitatis vel amicitie gratiâ aliquem ad liberaliores haustus provocare cum periculo ebrietatis; neque licet semitibrio absque urgenti causa præbere ulteriorem haustum, ex quo creditur inebriandus; quomodo igitur excusabuntur, qui ebrietatem non tantum non impediunt, prout ex charitate, si commodè possint, obligantur, sed & cogunt ultra naturam bibere. *audi S. Aug. serm. 231. de temp.: Certâ bibendi legi contenditur, qui poterit vincere, laudem meretur et crimine..... O infelicitas generis humani! quàm multi inveniuntur, qui ebriosos & luxuriosos amplius*

quàm oportet, cogunt bibere, & ante ostium pauperibus petentibus vel unum calicem dissimulant dare? .... Et quod pejus est, aliqui Clerici, qui hoc deberent prohibere, ipsi cogunt aliquos plus bibere quàm expedit: Si tamen absit omne periculum ebrietatis, & intemperantiæ, urbanitatis esse potest se mutuo pro more patriæ ad amicum haustum invitare, *Dicast. n. 150.*

2. Ex rationabili causa, v. g. ex timore gravis ini- 12.  
micitiae, rixarum, verberum, licitum est alicui apponere vinum, relicta ei libertate bibendi, et si prævideatur inebriandus; quia hoc non est alterius ebrietatem causare, sed ex justâ causâ permittere. An verò aliquando liceat concurrere, directè aliquem ad ebrietatem inducendo, provocando, exhortando, difficilius est judicare: Affirmat *Less. L. 4. c. 3. dub. 4.*, si id necessarium sit, ad averte-  
dam prodicionem, homicidium, vel aliud gravius malum, quod alter paratus est patrare, nisi inebrietur; quia licitum est, inquit, suadere, & allicere aliquem ad minus malum non simpliciter, sed ex supposito, quòd majus malum aliter impediri non possit, quòd non videtur improbabile juxta dicenda *cas. 19. n. 8.* vel maximè tunc, si solùm inducatur ad ebrietatem materialem præbendo ei vinum fortissimum, cujus vires ignorans, sine culpâ inebrietur. *Laym. L. 3. sect. 4. n. 6. Dicast. n. 145.* Nihilominus mihi videtur verius id in neutro casu licere, quia cum ille ex se nullo modo sit determinatus ad ebrietatem, sed solùm v. g. ad homicidium, tu illum determinas ad ebrietatem, eamque directè intendis & eligis velut medium impeditivum homicidii, non autem licet eligere medium intrinsecè malum ad finem etiam optimum; ut patet in mendacio aut pollutione, quæ nunquàm licent etiam ad conservandam vitam propriam vel alterius.

3. Qui

3. Qui alium inebriat, ut secreta prodat, peccat contra temperantiam, & justitiam iniquè extorquendo secretum, ad quod jus non habet: neque licet Judici reum inebriare, ut sic inducat ad fatendum crimen, quia confessio ebrii non magis probat, quàm confessio fatui vel dormientis, ei go non est causa sufficiens ad inebriandum; neque licet reo etiam materialiter inebriare custodem carceris, ut ipse evadere possit, idque certum est, si sit justè incarceratus, quia ebrietas etiam materialis per se mala est, & gravia mala obinde evenirent custodi, quæ causandi non est sufficiens ratio.

13. 4. Non tantùm ipsa ebrietas, sed etiam mala in ebrietate causata, homicidia, rixæ, contumeliæ, si prævisa sint, aut prævideri debuerint ex hoc quod soleant talia à se fieri, imputantur ad culpam, & in confessione specialiter sunt explicanda. *Cajet. Gobat, Less. loc. cit.*

5. Qui alium ad computationes inducit cum neglectu operarum, & dispendio rei domesticæ, ut non possit solvere debita, aut cogatur furari &c. præter peccatum scandali tenetur satisfacere pro damnis inde secutis, non quidem ipsi computatoris, qui, ut suppono, liberè consentit, sed iis, qui obinde inviti damnum patiuntur.

6. Fatuum vel puerum ante usum rationis inebriare, non est saltem mortale, quia malitia ebrietatis consistit in privatione usûs rationis, sed potus hos non privat hoc usu, quia eo jam antecedenter carebant. Ergo.

7. Non videtur illicitum adhibere remedia Physica contra ebrietatem, velut brassicam crudam, amygdala amara, nucleos persicos; si id fiat ex rationabili causâ, quia, v.g. ob præsentiam hospitiu potus commodè declinari non potest, nisi sit periculum

culum ebrietatis aut graviter lædendæ sanitatis in se vel in alio. *Gobat. c. 51. n. 17.*

8. Effectus ebrietatis sunt hebetudo mentis, debilitas corporis, & omnis generis morbi, suppressio memoriæ, revelatio secretorum, blasphemix, rixæ, incontinentiæ. *Prov. 23. Cui va? cuius patri va, cui fovea, cui sine causâ vulnera, cui suffusio oculorum? Nanne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? S. Hieron. in c. 5. ad Galat. Vno hominis sensus evertitur, pedes corruunt, mens vacillat, libido succenditur.*

QUÆR. III. Quid sit Ira?

146

9. Est inordinatus appetitus vindictæ; dico *inordinatus*, nam petere vindictam secundum se est indifferens, & in Superiore pro æquo crimina vindicante, actus virtutis; igitur peccaminosa iræ inordinatio consistit in eo, quod quis vel nimium, & plus, quàm recta ratio dicat, in- aut exteriùs incandescat; vel in hoc, quod quis appetat vindictam injustam, justò majorem, aut justam quidem, sed ex odio, aut ad faciendum malevolum animum: prima inordinatio ex genere suo est veniale, utpote excessus in passione indifferente, absque hoc, quod sibi in sanitatè, aut alteri aliquod notabile damnum causetur, quod suppono; aliàs enim per accidens foret mortale; ratione secundæ inordinationis est mortale, vel veniale directè oppositum charitati, prout grave vel leve malum, in vindictam proximo appetitur. Pessimæ sed fecundæ matris plures sunt filix, odium, contumelia, rixa, blasphemia, homicidium &c.

QUÆR. IV. Quid sit Acedia?

150

10. Est tristitia de bono aliquo spirituali, v. g. amicitia Dei, vitâ æternâ; propter nimiam difficultatem

K

tatem

*R. D. Jansen Theol. Moral. Tom. 1.*

tatem in eâ acquirendâ, vel conservandâ; sic de scripta, si deliberata fuerit, est mortale gravissimum contra Deum tanquam ultimum finem, à quo directè avertit, ut si quis advertenter tristeretur, quod sit creatus ad gratiam & gloriam, quòd unquam bona opera fecerit, quòd Christum agnoverit &c. Acediæ mali partus sunt, amaritudo, tædium, nausea rerum spiritualium, odium Dei, & eorum, quæ divina inculcant, aversio à verbo Dei, incuria salutaris, tædium vitæ, desperatio &c. si tamen tædium circa finem ultimum sit inefficax cum voluntate ad implendi omnia præcepta, etsi remissiùs, & cum aliquo tædio adimpleantur, est tantùm veniale quandoque per acediam intelligitur fastidium & remissio in quolibet exercitio virtutum; sic intellecta est solùm veniale, nisi omittantur actus virtutum graviter obligantes, v.g. lectio Breviarii, auditio Missæ &c.

E X

TRACTATU  
DE FIDE, SPE ET  
CHARITATE.  
CASUS XIII.

De natura, divisione, & necessitate Fidei.

**N**Ebridius Catechumenus petit instrui 1. *Quid sit Fides?* 2. *Quotuplex.* 3. *Quodnam ejus objectum materiale & formale.* 4. *Qua requisita ad fidem.* 5. *Qua sint motiva credibilitatis pro Fide.*